GAL.priō de cibis. Amilū habz uirtutē lenitiuam exasperatorū existit autē cōmune huiusmodi opus omnib9 subsāciis quecūq; sicce secūdū cōsistētiam existētes neq; stipticitatē habent neq; aliquaz aliaz qualitatē manifestā:uel uirtutē & uocant ipsum apoyoys.i.sine q̄litate merito existentē talē ut ad sensuz est & in humidis subsātiis aliqua talis: consimile autē est uirtute ablutis paīb9 min9 tamē alimētū dans cōpori. DYAS.ca.de amilo. Amilū appellatū est ab eo q; greci milos molaz uocant.i.q; sine mola fiat. Est autē utili9 amilū qđ ex tritico fit cretico aut egipceo Accipe triticū & laua in aq̄ bona ifūde & muta ei aquā limpidam quinquies in die ut diligentius fiat: & nocte mutab ei aquā:& liqua quādo molle fit & manibus confrica & adde aquā postq̄ cōfricaueris & liquaueris:pone ad solē colatū sed non multā habeat aquā cum liquas. Est autez optimū amilū recens & candidum & lene sine ulla acrore & inquinoso odore.

POSSE. DYAS.amilū facit ad abstinēdū reuma oculorū: alta uulnera oculis replet:aspredinē oculorū tollit sanguinez reicientibus bibitū singulare presidium ē Aspredines arteriarum dissenit. Tussello lactis miscetur:& profluū uentris strīgit ualde:potest autē leuiter stringere ppter qđ ī colliriis lacrimas strīgētibus miscetur ualet similiter cōtra apāta spiritualiuz & tussim:coctū ī aqua o;drei cū lacte amigdalarū additis penidiis. SERA. Amiluz confert humroibus currentib9 ad oculos & ulcerib9 que dicūtur felfeoles & q̄ndo bibitur abscindit sanguinem qui uenit a pectore & lenit asperitatem gutturis & quando miscetur cū lacte in aliquo cibo hoc idem facit

Amimut .i.cost barcost

Amineuz .i.sine rubore unde amineū uinū secūdū dyas.i.sine minio & sine rubore tendens ad albuz

Amiplius est gen9 cimini & inuenitur in egypto

Amiron est species scariole

Amirisim superpositio carnis que fit in consolidatione. Vnde fit ibi tumefactio carnis quia nō est aliud consolidatio nisi appositio carnis supius que illas ptes sic tenet:& uocatur a gal.aporismū:Et ab auic.dicitur mater sanguinis.

CAP. XXXXI.

Miberberis ara.grece rarach uel oxiacantuz: latine uero

berberi.SERA.auc.dyas.li.agre.ca.amiberberis.i. berberi & est rubus. Achissa & est dictum acutū:& acsa & est dictum spina.ergo uult dici spina acuta:& est illa que facit fructū qui dicitur zachuch siue zaitah & ē amiberberis & defertur a corasceni & est arbor similis arbori pirorū silueströ:q̄ dicitur abhinus siue aharas nisi quia est minor & habet multas spiās & habet fructum similē graō mirti: nisi quia est maior & rubeus facile frāgibilis: & habet interius grana:& habet radicem habentē multas radiculas infixas terre. GAL.viii.sim.phar.cap.oxiacantū. Hec arbor est similis uirtute & specie arbori archandi.i.pirorū silueströ:nisi qa arbor pirorū est stiptica stipticitate forti:sed in fructu eius cū stipticitate est res incidens subtiliter. AVIC.li.ii.cap.de berberis Amiberberis est azaraſch & ex eo ē rotondū & rubeum campestre: & aliud est nigrū/longum/arenosum aut montanum/ & ē fortius fri.ē & sic.ī fine tertii grad9 & est uincens coleram ualde. POSSE. SERA. fructus eius quādo bibitur aut etiā comeditur abscindit fluxū antiquuz & humiditates ātiq̄s que fluūt a matrice Et quando fit emplastrum cum eo trito attrahit sagittas que sunt infixe carni:& astellas & spinas & alia similia.& quando percutitur uēter mulieris pregnantis cū radice huius ter aut fit inunctio cum ea expellit fetū: & est fri. & sic.in.ii. gradu: ꝓ hibet & incidit sitim calidā:& fortificat stomacū & epar.Et proprietas eius est ꝙ confert apātibus calidis & hec auc.abenmesuay.Et idem auct.armasios fructus eius retinet & prohibet omēs egritudiēs que fiunt a fluxu uentris.AVIC.fruct9 amiberberis confert apātib9 calidis ex eis emplastrū suppositū:& cōfortat stoācuz & epar & abscindit sitī ualde,& confert rasure & fluxui sanguinis inferius.

Amisul .i.quādo apparent radices capillorū albe & extremitates sūt nigre

Amitrocena .i.tenēs mēsuram

Amitrocera .i.debilitas epatis

Amitrocita .i.obscuritas

Amitasay.i.eminentia ulceris uel oculi

Amizen quid est .i.i.hec

Ambidexter .i.qui utraq; manu pro dextra utitur

Ambliops.i. amiliops.i. luscus qui in die parū uidet a causa non manifesta

Ambliopia idem quod supra

Ambrisubet .i.sene

Amfemerina.i.lilialis & est algueſcen

Amfima .i.castoreū uel qđcumq; animal degens in aquis & ī terra

Amfitraros .i.sparagus

Amguilanauū .i.spina egiptiaca

Ammisenie .i.siellach

Ampirepisecon balanon.i.mirabolani īdi

Ampliopia .i. obscuritas uisus & est luscus qui in die parū uidet a causa non manifesta ut oribasius in allexandro de oculis

Amocua .i. armoniacum

Amolach est species bubonis

Amoi .i.radix quecūq;

Amola est quoddā potagium mediciāle satis expertū contra uomitum infantiuz & puerorū, causatuz ex frigiditate cuius receptio est hec.Recipe cinamomi spice: croci lignialoes masticis, nucismuscate gariofili. terre sigillate :calami aroātici, zīziberis, rosarū,macis,cardaōmi maioris & etiā minoris,ana.ʒ.i.,buliant cū aq̄ ro. in una fiala uitrea in cinere calido postea coletur, & paulatim cum cocleari potui propinetur.

Amolella idem quod supra

Amolenten .i. sine inquinatioē ut in allexandro

CAP. XXXXII.

Momum grecelatiē pes columbinus, ara.uero hameien

DYAS. cap. de amomo.

Amomū genus est odoratissime herbe cuius frutex est similis botruo ī circuitu cuiuslibet arboris nascens:ramulos habet siccos & duros uirgulis silēs:coloris subruffi:circa quos foliola iuncta & copiosa ex tirso botruosum semen reddens & sibi connexū: florem albuz ueluti uiole foliis similibus brionie: Cui9 triplex datur spēs

Eſt enĩz quod appellatur armenũ ceteris melius auroſi coloris uel flaui: odoris boĩ Aliud eſt quod appellatur medicon priõ inferius: naſcitur ĩ locis humectis: & ꝑpterea forma maiꝰ atq; uiride & lene tactu ſaporem origani habens. Tertiũ uero qđ appellatur põticũ rufũ eſt: & non longuz nec difficile frangibile botruoſo ſemine plenum & odore percuſſibile .i. ſtipticũ Eligendũ eſt autẽ recẽs & album uirgas purpureas habens expanſum & ſemine plenũ ſimile botruo & ponderoſũ ſuaue quod maſticatũ lĩguam remordet: unum colorẽ habens nõ uariũ: uires habet calefacientes & ſtringentes & ſiccas. Plinius cap. de amomo. Amomum uocatur eo ꝙ ueluti odorez cinamomi inferat: naſcitur in ſiria & armenia: frutex eſt: botruoſum ſemen reddens ſibi connexum flore albo ueluti uiole figura foliis ſimilibus brionie odore etiã bono: ſompnũ incitat: & ẽ ca. & ſic in tertio gradu. SERA. li agre. ca. hameme. Hameme .i. pes columbi: & eſt amomũ: & eſt planta ſicut racemꝰ ſemẽ ſibi habens cõnexũ: habens florem puum ſimilem flori plante dicte loctidaz quorũ color trahit ad rubedinem: & circũquaq; ſunt folia multa conglobata & ſemen eiꝰ in racemis: & habet florem album ſimilẽ flori uiole in figura. Et melius ẽ armenuz cuius color ẽ ualde aureus. Et color ligni eiꝰ eſt ad ruborẽ uergens & habet odorẽ bonũ ualde. Sed illud quod ẽ aquaticum naſcitur in locis petroſis & humidis: & ẽ debilius altero & eſt magnũ cuius color ẽ ad uiriditatẽ tendens ac molle tactu & lignum eius ẽ ualde ſquamoſũ & ĩ odore ſuo eſt ſimilis odori rute: & in ſapore ſuo eſt ſimilis ſapori origani: ſed illud quod eſt ex terra que dicitur pontus, lignũ eſt habens ad rubedinẽ decliue non longuz nec difficile frãgibile: & ẽ ortus eius ſicut racemi & eſt plenũ ſemine & odor eius ẽ purus ſtipticus & illud quod ẽ potẽtioris odoris eſt nouũ albũ & ẽ optimũ & habz ramulos coloris ſanguinis & quando nõ eſt maturum eſt expanſuz & plenũ ſemiẽ racemis paruis ſimile graueẽ habẽs odorẽ bonum multũ mordicans linguã: & color eius eſt unicus non diuerſus. Et quidam adulterant amomũ cũ planta que dicitur amomides eo ꝙ ſilãtur amomo, niſi qa non habet odorẽ eius nec tale ſemen & naſcitur in armenia & flos eius ẽ ſimilis flori origani. Si uis non decipi ab hac uel a ſimilibꝰ caue a planta q̃ ẽ nimis iuuenis Et elige illam cuius rami egrediuntur ab una radice. uirtus eius eſt calefactiua. GAL. vi. ſim. phar. ca. đ amomo. Amomum hoc quidez uidetur ſecundũ ẏtutẽ aſſimulari acoro, niſi ꝙ ſiccus plus eſt acorus digeſtibilius uero amomũ Et dixit gal. ĩ quĩta amphoriſmorũ ꝙ omnia alia calida forti caliditate ſunt ſimlia. ſ. in hoc amomo ſicut ſũt caſſialignea tapſꝰ amoniũ cinamomũ & faciũt ſodã. Et ſimiliter faciunt plures alie ex ſpeciebus que ſunt ſubtiles & calide. AVIC. li. ii. ca. de amomo. Amomũ eſt arbor ſicut botrus ligni ſicut rethe inuoluti & habet florem ſilez emathiti in colore: & eius folia ſunt ſicut folia uitis albe, quorũ color eſt ſicut aurũ Et color ligni ẽ ſicut iacinti boni odoris. Eſt ſpecies eiꝰ alia uiridis groſſa naſcens in locis humidis: & eius odor ẽ ſicut odor rute. Et eſt ſpecies alia egiptiaca que non eſt longa neq; lata neq; debilis neq; grauis ad frãgendũ, ymmo ſilis uue. Et odor eius exuberat ſuper tranſitũ uue Ca. ẽ & ſic. in. ii. gradu ſubtiliat & maturat. & in ipſo eſt ſtipticitas & uirtus eius eſt ſicut acori uirtus, ymo ẽ uehemẽtioris digeſtionis & maturatioĩs: ſed acorꝰ ẽ uehemẽtiꝰ exſiccatiuꝰ q̃ ipſũ. POSSE. DYAS. Amomũ eſt preſtans ſompnũ. tumores etiã cathaplaſmatibus admixtum, ſedat ictibus ſcorpionũ cũ ozimo tritum, & ut cathaplaſma ĩpoſitũ occurrit: ex aqua eius oculi tumentes releuantur: tumores uiſcerũ uuepaſſe cõmixtuz, & ut cathaplaſma ĩpoſitũ ſedat: muliebria feminarũ fomento conpeſcit: & huius aqua calida potata nefreticis & epaticis & podagricis prodeſt: miſcetur diuerſis antidotis & miris & uariis odoribꝰ grate miſcetur SERA. Amomuz inducit ſompnum & ſedat ſodã quando emplaſtrũ cum eo fit ſuper frontẽ: & maturat apãta calida: &

confert puncture ſcorpionis, quando fit emplaſtrū cū eo & bedarogi .i. ozimo, & ponitur ſuper locum puncture, & cōfert apātibus oculorū tuīdis quādo fomētātur ex decoctioē ei9, & cōfert apātib9 ītrīſecis, quando cū eo exterius ſupponitur facto emplaſtro cum paſſulis: & confert dolori matricis, quando fit naſcale cū eo, & q̄ndo fit encatiſma ex decoctione eius. Et q̄ndo bibitur decoctio eius, eſt cōueniēs illi cui9 epar eſt infirmū: & confert egritudinibus renū & podagre. Et ipſum ingreditur in cōfectioīb9 multis: & magnis & odoriferis. Et idem auct. humaym filii yſaac.

Amomū eſt res que inebriat: etenim de ꝓprietate ei9 ē q̄ inebriat & facit dorīre, AVIC. amomū maturat apāta ca. Et ei9 decoctio bibitur ad podagrā, & ſedetur ī ea etiā ad illud grauat caput, & facit ſodā & facit ſompnū: & eſt ex inebriantib9 & dormire faciētib9. Et fit embroca ex decoctione eius obtalmie calide: & confert pleureſi frigide: & aperit opilatioēs epatis, & ē plurime digeſtioīs q̄ acorus. Et cōfert doloribꝰ matricis: & ītrat ī peſſariis matricis, & ſedetur ī decoctioē ei9 ad dolorē renū. Et bibitur ex eo ad dolorē matricis omnē. Emplaſtrū ex eo factū cū bedarogi ual3 pūcture ſcorpioīs. Almāſor tractatu tertio, cap. de amomo. Amomū ca. eſt & ſic, qđ opilationē epatis ex frigiditate eſt proficiēs: dolorē aufert matricis: ī capite tamē grauedinē & dolorē atq; ſcothomiā generat.

Amomatum tumamathos .i. confectio ſubtilis ꝓ qua. l.i. timiama.

Amomides eſt planta ſatis ſilīs amomo qua caremus in partibus noſtris.

Amoma	.i. armoniacum.
Amemen	.i. papauer agreſte.
Amomim	.i. ſine rubore ut in allexandro.

Amomin ꝓpriū nomen eſt.

Amonados	.i. arthemiſia.
Amoneabiel	.i. ciminū albū.
Amoniſi	.i. calamētū fluuiale.

Amorellum frutex eſt ſarmētoſa, habēs folia & flores ſicut oliua & ſemina nigra curās cācros ſcabiē & leprā & poīt ī ſyrupo magiſtri urſonis poſito ī antidotario gal. minori.

Amoroſia eſt quedā confectio quā poīt auic. in antidotario ſuo. Et amoroſia eſt quidā ſapor aromaticus ſic uocatus.

Amoriſubet	.i. ſene
Amotua	.i. armoniacū
Ambor	.i. ſerpillum
Amboloſagine	.i. uitis agreſtis
Ambolopraſſum	.i. porrū agreſte

CAP. XXXXIII.

Mbroſia ē ſpecies artheme-ſie: & latine dicitur athanaſia ſed ſecūdū Dyas. Ambroſia eſt ayſdo: quere dyas. ī ꝓprio ca. q uocat ayſdo. Ambroſiam: & ē ayſdo ambroſia maior. Vbi ſciendū q̄ ambroſia ē duplex .ſ. maior & minor: maior eſt ayſdo: miōr uero ambroſia quā nominat Dyaſ. cap. de ambroſia ē ſpēs arthemiſie q̄ uocatur thanacetu3: & ideo dicit. Ambroſia quā multi botrum uocant, aut arthemiſiam frutex eſt multas uirgas habens longas palmis. iii. & folia ī inicio minuta ſilīa rute, uirge ſunt plene ſemine q̄ſi acimis odorē uini habens que non floreſcit, radix eius tenuis ē & lōga duobus palmis. Naſcitur ī capadocia q̄ circa ſe īuenerit cōplectitur, uīrtus ē illi ſtiptica & caſtaltica & cathaplaſmatibus adhibita, omē reuma ꝓhibet corporis. GAL. vi. ſim. phar. cap. de ambroſia. Ambroſia ſiue apiu3 ſiluaticum ſiue apiū ruſticū: ſiue botrus ſiue temidis & ē thanacetū: cathaplaſmata uero hab3 uim ſtipticātē & repercucientē3.

Amdropluſus	.i. imbecillis
Amfodillus albutiu3	idem quod ſupra.
Ambrotoſtonus	.i. curuatio anterior
Amuberis	.i. berberis.
Amuden	.i. amiden
Amuletu3	.i. ciclamen.
Amu3	idem quod ſupra.
Amulumet	.i. pondus duaru3 unciar̄ minus. 3. iii.
Amurca	.i. fex olei inferior, ſed murca eſt fex olei ſuperior, ſed quid eſt. l.i. cayt.

Amuri. i. genus condimēti & eſt almuri

Ampurias .i.cauda equina/
Amruditis .i.ſerpēs cuiꝰ lōgitudo ē uſq; ad cubitū & color eius ē color arene & ſuper corpus ipſius ſunt ueſtigia/
Ana ſurſum uel equale interpretatur uel rectū uel pariter/
Anabaſis .i.ippuris & ē cauda equina/
Anabroſis uel diabſoſis uel corroſio idē nam roſis inciſio uel ruptura/ ita dicit allexander/
Anabulla .i.ſpēs titimalli/
Anabacie carrubie/
Anabach idem quoſd upra/
Anacardus pediculus elefantis ab īperitis medicis dicitur: qđ eſt falſuz: ſed ē fructꝰ cuiuſdā arboris que uocatur pediculus elephantis/
Anachochi .i.bacce lauri/
Anacollima .i.medicamē ſtrictoriū/
Anacriſis .i.perforationes & ſcarificationes/
Anacaroes .i.murorū pforatio/
Anadoſis .i. reditio uel eq̄lis diſtributio/
Anadrome .i.recurſus/
Anadromes .i.capparis/
Anada .i.liquor uel humiditas cordis/
Anadach .i. frad/
Anafriagos .i.ſparagus/
Anagoge .i.eductio ſanguīs p os/
Anagogen idem quod ſupra/
Anagalion .i.conſolida minor/
Anagodan .i.ſumach/
Anagogum .i.ſpuere faciēs/
Anago .i. deductio/
Anagarza quid eſt.l.l.bothoen/
Anagit .i.camfora/
Anagallidos .i.ſemen mirice/
Anagalliris .i.ſimphitū uel cōfirmatum uel conſolida maior & minor/
Anaguid .i.nouiter defurno egredientium/

CAP. XXXXIIII

Hagallꝰ gre. uel myoſchays uel xantala: ara.ippia: latiē uero auricula muris dicit ſecūdū aliquos. Anagalli due ſunt ſpecies: una ē auricula muris & ē maior: & alia ē morſꝰ galline ſiue morgellina & eſt minor/ Et. Maioris ſunt due ſpecies, una que facit florem celeſtis coloris: & ē alia que facit florem rubeuz & habent folia parua rotonda & ramos q̄dratos & ſemen rotōdū/ Minor uero facit florem albū cuius folia ſunt ſimilia ſupradicte. DYAS. cap. de anagallo. Anagalli. ſ. maioris ſūt due ſpēs/ una eſt que florem iacinctico profert que femina eſt. Altera eſt que & florem dactili colorem habentē profert que & maſculus eſt/ Ambarū uero fructices ſūt minores: & ſuper terrā ſpanſe ſubq̄dratas habentes uirgulas: ſemen habentes deſup obrotōdū. SERA .li.agre.ca.đ anagallo/ Anagallus eſt plāta q̄ habz folia ſubtilia parua & ramos quadratos: & ſemen ſilē ſemini coriādri. & maſculus ex ea noīatur in greco xantala. Et femina cardabella: & ē herba de hauleic. Idē auct. dyas. ē herba cuius due ſunt ſpecies: una ipſaruz habet florem celeſtini coloris & ē femiā. Altera uero habet florem rubeū & eſt maſculus: & ſunt due plantule expanſe ſuper faciē terre, habentes folia parua & rotōda ſilia foliis herbe que dicitur lactin & habz ramulos quadrangulatos: & ſemen rotōdū ſubtilē radicē. Et idē auct. gal. Virtus eius eſt que calefacit parū: & deſiccat ſine mordicatione: & abſtergit abſterſione forti: & attrahit. GAL. vi. ſim. phar. cap. anagallus. Anagallus utraq; tā q̄ fuſcuz habet colorē. q̄ q̄ rubicūdū, abſterſiue ſatis uirtutis ſunt habentes quādaz occultam caliditatē attractiuā. Et idem in vii. cap. myoſchais ſiue myſothis. Anagallus ſiccat ſecundū gradū, ſecūdū caliditatē autē nullam manifeſtam habet. POSSE. emplaſtrū ex anagallo factū curat tuōrē ani. Et ſucus eius curat oculorū caligines cōfert hydropicis & calculoſis: & epaticis/ Et herba ipſa contuſa & ſuper uuln9 inpoſita, attrahit infixa corpori. DYAS. ambe ſpecies anagalli uulneribus p̄ſtant effectū: tumorē non admittūt & infixa corpori euocant: paſcentia uulnera abſtinēt ſucꝰ earū dolorē dētiuz ꝓhibet: ſi ꝓ

dextro dēte ī ſiniſtra nare fuerit īmiſſus hic ſuc9 cū melle actico coct9 & adhibit9 omnes caligines oculorū ſiue uiciū eorū qđ uocatur argemō ſiue argema detergit, morſibus uenenatis bibitus medicatur: nefreticis: hydropicis: & epaticis: & renali paſſione defectis preſtat auxiliū: ano tumenti inpoſitus medicatur. Item ſucus naribus infuſus putredinē capitis purgat. Habet enim deſiccatiuā uirtutem abſq; mordicatioē. Vnde & uulnera gluctinat, uentrē quoq; deducit mulſe admixtus & potui datus herba cōtuſa & inpoſita ſtipites educit de corpore. SERA ſpecies anagalli cuius flos ē celeſtis cōfert exitui ani: & illa cuius flos eſt rubeus facit anū egredi ſi fit cū ea emplaſtr. GAL. ambe ſpecies anagalli habēt occultā caliditatē attractiuā ut & ſtimulos infixos euellant. Earū uero ſucus a naribus purgat ꝓpter eandem cauſam: & uniuerſaliter loquēdo ſiccatiuā habēt uirtutē, qua ꝓpter etiam uulnera ſolidāt & putreſcentibus cōferūt.

Anagiros .i. malua terratica.
Anahada .i. cibus ſicut phe-ludē, niſi quia cū eo ponitur zizamū.
Analenſia ē ſpecies epilentie uicio ſtoāci.
Analbaram .i. morfea alba.
Anantia pes leporis gariofilata ſanamū-da idem .l.l. gariofilata.
Amandal .i. coloquintida rectificata.
Analipſis .i. refectio.
Ananſi .i. arundo.
Anarſatha .i. hydropiſis carnoſa.
Anapopletica .i. que replent uulnꝰ carne.
Anapetica .i. bona digeſtio.
Anapleuretica ſunt que alta uulnera cō-plent & limpidāt.
Anaſiticatos .i. ſparagus.
Anaſtomaſis eſt cū ora uenarū aptiora effecta ſanguinē emittūt uel eſt ſupflua elargatio.
Anaſarcha ē ſpecies hydropiſis & fit ꝫn-do ſuperfluitates groſſe non expelluntur ad cutim ſed iuxta carnem. Vnde dicitur ab ana qđ eſt iuxta & ſarcos qđ eſt caro. ideo dicitur hydropiſis carōſa & uocatur ſimiliter hypoſarcha.
Anatropha .i. cōuerſio ſtomaci ſurſum & eſt uomitus.
Anathimaſis .i. delatio fumi ſur-ſum a ſtomaco ad caput.
Anathimiaſis idem quod ſupra.
Anatif uel ananſi .i. arundo.
Anathomia .i. e qualis ſectio.
Anatrepſis .i. nutrímentū.
Anatrelis .i. neruorū ꝓforatio.
Anaxilis .i. conſolida minor.
Anax quid eſt .l.l. har.
Anazet .i. iniube
Anacaros eſt nomē cuiuſdā inſule.
Anacaſa .i. muſa.
Anacanati .i. auis mouens caput.
Andachocha .i. andacucha.
Andarante ſal lucidus.
Andaracaron ē tercia ſpecies trociſcorū tyriace: nam in ea ſunt trociſci ſquillitici trociſci tyri & ē tercia ſpēs .ſ. trociſci dya-coralli.
Andalartos .i. calcutecaumenon.
Andaran .i. alumen.
Andale .i. coloquintida.
Andacote .i. ſuffurate
Andrago .i. portulaca.
Andragne idem quod ſupra.
Andragne agreſte .i. ſoldana & ē por-tulaca ſilueſtris que eſt lacticinioſa & eſt laxatiua pro qua .l.l. chachille.
Andracacara quid eſt .l.l. heraalalem.
Andraſemon eſt ſpecies yperici.
Andraginos .i. nenufar.
Andraginas .i. capparis.
Andrarane .i. andraracaron.

CAP. XXXXV.

Ndrafaſis grece: ara. araf. latine uero atriplex. SERA. li. agre. cap. araf: auct. dyas.

Araf .i. andrafaſis olus eſt de genere du-plici ortiuū & agreſte fri. eſt: ſed doēſtica multo frigidior eſt agreſti. GAL. vi. ſim. phar. ca. andrafaſis. Andrafaſis ſiue atri-plex: ſiue criſolocāna fri. & hu. uirtutis ē humida quidem in .ii. gradu a mediis: fri. in primo quā quidem tepidā dicebamus eſſe qualitatē: qualis & roſis noſtris dam9 niſi quia non eſt particeps ſtipticitatis: ſꝫ eſt aquoſa: & minię terreſtris ſicut malua

ſed ſecūdū uētrē facile trāſit ſicut illa ꝓpt̄ uiſ coſitatē, omnino autez modicum quid diaforeticū eſt ei: ſunt etiam & ortulane tam malua q̄ andrafaſis multo huīdiores & frigidiores agreſtibus. POSSE. DYAS. andrafaſis cathaplaſmatib9 adhibita cruda & cocta papulis impoſita medetur: ſemē eoꝝ cū mulſa bībitū icte-ricos curat: ei9 ꝟt9 ē leptītica cū polenta cathaplaſmatib9 adhibita & īpoīta dolorē capitis tollit: tuōrib9 oculorū neceſſarie adhibetur: & fatigatioēz ſtoāci īpoſita tollit, ſemē ei9 neſ reticis medetur & folia eius contuſa & impoſita ignem ſacrum cōpeſcūt folia ei9 cōmeſta dolores ueſice amputāt: ſimiliter & reuma ſtomaci & uentris ꝓhibent. Comeſtū febres acutas extinguit: & lumbricos rotondos educit ſanguinē reicientibus prodeſt: diſintericis comeſtum auxiliatur: cathaplaſmatibus oculorū utiliter adhibetur: reumatiſmuz inteſtinorū ſi adhibetur cōpeſcit: dolores matricis ſuppoſitū mitigat. Eſt enī ādra-faſis huīda habūdāter: fri. mediocriter nil habēs ſtipticū: ſz aquoſa ē ut malua: doēſtica autem multo frigidior eſt & ideo īflamationibus in inicio expedit. In ſtatu uero & declinatione ſilueſtris: ſemē uero earū proiectoriam habet uirtutē. Vnde hyctericis & epaticis ſi ē ex epatis emfraſi utilis eſt Cruda ſiue cocta duricies omēs: & furūculos ſanat: pernionib9 qdē anteq̄ in uulnus erumpant utiliter īpoītur, Scabras ungues ſine īiuria ulceris detrahit: podagre feruorē cū nitro & aceto & melle extinguit: ſolutoria eſt. Et SERA/ auct. raſis ſemē eius facit uomere fortiter, Et uidi hominem qui bibit ex eo .z. ii. & aſſellauit uſq; ad debilitatē magnā. GAL Andrafaſis domeſtica multo frigidior ē agreſti, quaꝓpter & flegmonibus etiam frigidis incipientib9 quidē & creſcētibus ac mollibus adhuc & quaſi feruentibus ortulana: eis uero q̄ in ſtatu & decliātioē & indureſcētibus: & frigeſcētib9 agreſtes ſunt conuenientiores: fructus autem eius abſterſiue ꝟtutis ē: unde & ad hyctericos ex opilatioē epatis utilis exiſtit. Almāſor tractatu tertio cap. de atriplice. atriplices fri. ſunt & humide q̄ uentrē mollificātes bene nutriunt: hyctericis quoq; & calidū habentibus epar beneficium preſtant

Anfaſtas .i. tegula

Angaſtus .i. hartacum

Angaſlem .i. arbor naſcens in india in locis ruſticorum, & eſt fri. & ſic. & eſt ſatis ſtiptica,

Anguaſcen . .i. herba lilialis, & ē anſimerina,

Anhar .i. locus qui eſt in inferiori parte gule: latine ſonat uulneratio cum lancea eo ꝙ camellus ibi cū lācea percutitur, & ſic moritur aliter non,

Annabahe ē fructus arboris q̄ uocatur agrifolium,

Annara .i. teſta ouorū unde pulli excluduntur,

Anphaa .i. cohagulum,

Antali ſunt oſſa facta ſicut dētali utcūq; maiora, ſed nō habent ſuperficiem lenem ſicut dentali: ſed uirgulatam & totā albā oriuntur ſicut & illi & eādē habēt ꝟtutē ponūtur ī antidotario. Gal. ī ungento citrino, quod interpretatur ungētū de citro, Anthora eſt herba ſic dicta quaſi cōtra thoram, que thora eſt ſatis uēnoſa, & dicitur anthora ab anthi qđ eſt contra & thora: unde anthora .i. contra thorā, unde notandum ꝙ anthora & thora ſunt due herbe que oriuntur in una parte ſimul, & habent folia quaſi folia uiolarū, ſed magis rotonda & modicum inciſa & flores ſūt eis ſicut flores panis porcini, niſi qa thora facit eos bene uiolaceos: ſed āthora facit eos ſubrubeos: una earum eſt interficiēs .ſ. thora, alia autē eſt ſanans .ſ. anthora ꝙ quibus .l.l. thora,

Anthali .i. coloquintida,

Antrakes .i. carbones īcenſi,

Anthrax .i. carbunculus uel apā uēnoſum, quod etiam dicitur bonum malanū uel malū malanum,

Anthrakion .i. gēma carbūculus,

Anthrataos .i. febris flegmatica peryodica,

Antraphapheos .i. mandragora,

Anzarut uel anzarot .i. ſarcocolla,

Anzharatha eſt inſtrumentum de uitro

factum per quod pueri attrahunt aquaz & uiolenter cū uolunt expellūt p foramē
Anzadarahec ē arbor folia habēs lucida ut penna pauonis ſemper uirens
Anzarot .i. anzarut
Anzarola quid eſt.l.l. caror
Anech .i. uſnee
Anegibus .i. camellus

CAP. XLVI.

Neiſin ara.gre.uero & latine Aniſum.DYAS.ca.de aniſo.Aniſum feruētis ē ȳtutis .ſ.ca.& ſic.& nature mictualis & ſcarotice.i.incenſiue.SERA.li.agre.cap.aneiſin Auct.dyas.Aneiſin quod de eo ē recens eſt bonum,habens groſſa grana plena & nō excoriatur quādo fricatur ex coriationibus ſilīb9 furfuri/& habz odorē bonū fortem.Et illud quod eſt ex īſula cretēſi eſt melius.Et poſt illud eſt babilonicum, hyſpanicū uero eſt deterius. Et quod ex planta ei9 eſt magis iuuatiuū ē ſemē eius GAL.vi.ſim.phar cap.de aniſo. Sapor eius eſt acutus amarus modicū: & uirtus eius eſt que calefacit & deſiccat in tercio gradu ꝓpterea ergo & diureticū ē uētoſitates autē que ſecūdum uentrē ſiſtit. AVIC.li.ii.cap.de aniſo. Aniſuz ē ſemē feiculi romani acuitatis maioris q̄ nabati & ex eo melius eſt qđ ē pōderoſum: & ē ca.& ſic.in .iii.gradu.POSSE DYAS. Aniſū qa mictualis eſt uirtutis hyſtericis medetur:ſitī tollit: bibitū ueneīs occurrit inflationes amputat:uentrē ſtringit: mēſtruis imperat:lac mulieribus ꝓuocat: & auget:bibitū uenerē ſtimulat:fumigatioē naribus adhibituz dolorem capitis tollit: Aurium dolorē cū oleo ro. adhibitū mitigat: uentoſitatē uentris tollit & dolorē Optimū autē eſt creticū deinde egiptiuz gallicuz uero inertiſſimum.Paulus ca. de aniſo.Cōtra liuorē ex ꝓcuſſioē cōteratur ciminū & aniſum & īcorporētur cū cera & calidū ſuperponatur.Aniſum ſimiliter auget lac & ſperma aperiendo meatus & mundat humiditatē matricis. Almanſor tractatu tertio cap.de aniſo.Aniſum ca. eſt quod uentoſitatis diſſolutiuū exiſtēs epatis aperit opilationē: coheundi ꝑterea uoluntatē ſtimulat. SERA.li.agre.auct. Dyas.uirtus eius eſt deſiccatiua: & calefactiua & expellit uentoſitates a corpore & ſedat dolorē:& ꝓuocat urinā:& ſudorem:& confert hydropiſi: & abſcīdit ſitī que fit ab humoribus ſalſis: q̄ndo ſuītur in potu:& ē cōueniēs ueneīs & īflatioib9 & ſtringit uentrē:& abſcindit huīditates albas a matrice fluentes: & prouocat lac: & excitat libidinē: & quando attrahītur odoratu fuīgatio uaporis eius ſedat ſodā & quando teritur & miſcetur cū oleo ro. & diſtillatur in aurem curat qđ ītra ipſaz accidit ex caſu aut percuſſione: & ſedat dolorē eius.Et idē auct.abugeri apit opilationē epatis:ſplenis:renū:& matricis: & mundificat uias que ab huōrib9 opilātur & ꝓpter hoc cōfert febrib9 antiquis: & habet in ſe acuitatē propinquā aduſtioni qua reſoluit uentoſitates maxiē cū ipſuz aſſatur.AVIC.Aniſum eſt aperitiuū cū ſtipticitate parua & eſt ſedatiuū dolorū & reſolutiuū uentoſitatū:& ꝓprie ſi aſſetur: & in ipſo quidē eſt acuitas q̄ medicīs adhurentibus fit uicinū. Confert īflatioī in facie & apātibus extremitatū. Si ex eo fiat uaporatio: & naribus eius uapor attrahatur ſedat ſodam & uertiginē. Et ſi teratur & miſceatur cū oleo ro. & diſtilletur in aurē: ſanat qđ accidit ī interiori parte eius ex ſoda a cōpſſioē aut ꝓcuſſioē & dolores ei9 etiā.Et cōfert ſebel ātique & ꝓuocat lac: & abſcindit ſitim factā ex humiditatibus baurachiis: & cōfert opilationi epatis & ſpleīs generate ex huīditatibus:& prouocat urinā & menſtrua:& mundat matricē a fluxu huīditatū albaꝝ & ē motiuū coytus: & quādoq; cōſtrīgit uentrem: & adiuuat ipſum ad illud eius prouocatio:& aperit opilationes renū & ueſice:& matricis. Et cōfert ātique febri & expellit nocumentū ueneōrū & uenenoſorū:loco ipſius ponitur carui quantū eſt ipſum

Aneiſum idem quod ſupra
Aneide .i. anetum
Anemo anemonis .i. papauer
Anemul ſunt oſſa ſubtilia que ſunt in

extremitatibus digitorum/
Anemora .i.ſiſimbrium/
Anergil .i.nux indica/
Aneſis .i.requies ab a qđ ē ſine & neſos qđ eſt labor uel morbus īde anetica.i.mitigatiua uel quieta/
Aneſme .i.thit/
Anes .i.robilie & ē ligumen/
Aneſi .i.roſe/
Anetica .i.quieta uel mitigatiua/
Anetum .i. abſinthium dulce & quid eſt .l.l.uebet/
Anetum agreſte .i.meu/
Anethoſaſis .i.apertio/
Aneuſa .i.lacca/
Anceto .i.ſarcocolla/
Andecocha .i.ſaturegia/
Anfeacalferas .i.coagulū caballinū/
Anfeagidi .i.coagulū ceruinū/
Ange .i.cardus/
Angeris .i.electuaria ſtoāco conuenientia/
Angedis .i.terreſtris/
Annemula .i.matriſiluia/
Anneſtin .i.flos prati/
Anſe .i.modus ligationis & nodationis qui uulgariter dicitur aſola quaſi nodus qui inmediate cum quis uult ſoluitur/
Anſea .i.lilium/
Antera .i.ſemen roſe & eſt illud quod remanet de roſa & rubet & matureſcit: quod autē eſt intus.ſ.ſemen lanuginoſum eſt antera licet cōmuniter teneatur qꝑ antera ſint pipuli roſarū/
Anteflorum quid eſt.l.l.enancium/
Antericon .i.flos affodilli/
Anterion idem quod ſupra/
Antereon eſt pars gutturis ſub mento/
Anichmos .i.ſucus/
Anigalien.i.arbor gumi arabici/
Anil .i.indicum/
Animeos .i.gumi arabicum/
Animon uel anemoa.i.papauer/
Aniotos .i. incurabilis/
Aniſſi .i.ſerpens/
Aniſum ciminū dulce ſemen feniculi romani idem pro quo.l.l. aneiſin/
Aritilops .i.apā lacrimalis

Anchiani .i.caſtoreum/
Anchili .i.flos
Angītis eſt quedā ſpecies ſpice nardi
Angiña eſt apā quod naſcitur ſub faucibus & dicitur ab ango .gis.qui morbus maxime porcis accidit quādoq; & hoīb?
Angimonia .i.ſarcocolla/
Anlicetati .i.aniſum/
Anmitos .i.febris flātica/
Annia .i.priuatio anhelit?
Anquinopa .i.ferox/
Anrioch .i.plumbum/
Anzicus herba falios falcios:flos ſambuci idem/
Anſioma .i.ſinopida/
Antimonium quid eſt .l.l. aitruad/
Antille eſt quidam lapis/
Antipaſis .i.contraria detractio methaſinthoſis linearis/
Antias .i.tumor durus/
Antiſloblefarus .i.cuꝫ palpebre ſimul caſu congluctinatur/
Antiſtrum ē inſtrumētū cyrurgici ſicut uncinus/
Antimonis .i.antimonium/
Antiqui .i.oſtrea/
Anti grece prepoſitio.i.contra ut ante xp̄s .i.contra xp̄m antipapā.i.cōtra papā antidotū.i.cōtra datū eo qꝫ cōtra paſſioēs datur/
Antichiſis .i.limacia/
Antidotū quid eſt.l.l.anti/
Antifaate .i.corallus/
Antin algin .i. teſticulus caſtorei/
Antimion .i.mandragora/
Antimon idem quod ſupra/
Antinus .i. camomilla uel gamilla uel cameleon.l.l.bebonig/
Antinops .i. egilops & ē collectio circa angulū maiorē oculi/
Antidaſis .i.emach/
Antion eſt planta unde colligitur laudanum & eſt ſpecies roſe canine ut dyas. cap ciſſos/
Antipaſis .i.ad diuerſa attractio/
Antiparia dicitur id qđ obtondit uiolētiam medicine alterius/
Antira .i.antera/
Antifarmacum .i. uincitoxicū & ē

extra toxicum herba est cuius folia sunt quasi folia persici, & stipes subtilis tēdēs ad colorem uiolaceum pro qua.l.l. uinci- toxicum,

Antirina .i.sauina uel bratheos/
Antispasis .i.contraria euersio humorum,
Anticar .i.borax/
Anticrocū .i.flos albutii/
Antiocum .i.flos sambuci/

CAP. XLVII.

Ntifilos uel antillis gre.ara. usnen:latine salsola & ē herba de q̄ fit sal alkali.DYAS/ duo sunt eius genera/ unum habet folia lenticulis similia. Alia habet folia similia camepithi:prima habet hastā altā duob9 palmis erectam cū foliis mollib9, radix ē illi minor & tenuis:nascitur locis herbosis:& solanis:gustu salsa:secūda est q̄ folia & hastas similes camepeti hab3 sed aspiora & minora:florem purpureū & odorē grauē:radix cicoree similis.GAL.vi.sim. phar.cap·antillis. Antillis duplex quidē ē/ ambe tamē mediocriter siccāt:ut & ulcera solident. Altera uero que camepiteos assimulatur plus utiq; q̄ alia subtilium p- tium est ut epilenticis conferat:hec autē & abstersiuior q̄ altera est. Almansor tractatu tertio cap. usnen ca.ē & sic. que purgat & aperit opilationem: carnemq; corrodit superfluam:uniuersaliter autem omnium istarū herbarū bonū habentium odorē q̄ plures calide sunt/ nisi ille ex qb9 sentitur illud quod diximus .s. frigiditas manifesta/ sicut sentitur in aqua rosata & camfora atq; sandalis.

Antispodia est cinis factus ex foliis stipticis.s.mirre oliuarū & similium & dicitur sic eo q̄ ponitur loco spodii. DYAS. cap.de antispodia dicitur eo q̄ p spodio mittatur, quia similis est uirtutis. Et cō- ficitur sic. Accipe mirram inmaturā cuz floribus & baccis inmaturis: & mitte in cacabum nouū crudū & cooperi ptusum cooperculo/ & mitte in fornacē cacabū:& assa q̄ diu cacabus ipse pcoquatur:& iterꝝ cacabo crudo refunde & similiter coque & eice & laua cinerem disciplina spodii. Et similiter de foliis oliue antispodiam facere potes sed melius fit de oleastro cū flore suo. Multi uero citonia minutis p- tibus incisa semine proiecto similiter cō- ficiunt. Siccamina multi ī sole siccata sic conficiūt. Multi uero bussi folia & stinci & scini cum flore suo/ aut caprifici folia sicca in sole similiter conficiūt. Alii uero taurocollam: aut lanas sucidas ī tīctas in pice liquida aut melle conburunt simili disciplina/

Anocazna .i.cantabrum aliq dicunt q̄ est sisimbrium sed priā melior,
Anoch .i.arthanite
Anodinum .i.mitigatiuum
Anodormon matricis .i.ascensus matrícis ad superiora
Anodosis .i. distributio nutrimenti in membra
Anodromum .i.recursor
Anoen est proprium nomen loci
Anolosoch ē nomē ponderis & ē obulus
Anoresia .i.fastidiū uel priuatio appetitus
Anora .i. calx
Anore .i. medicamē pilos auferens
Anori est quedam species dactili
Anostomasis .i.ascensus matricis ad superiora
Anostris .i.lupus
Anostomizare .i. aperire uenas q̄ sunt in ano
Antropa .i. cōuersio uentris sursum per uomitum
Ancora .i.spelta
Ancoria .i.ulc9 excoriatiuū
Andocore .i.sulfurata
Andoture .i.mandragora
Androgines .i.nimphea
Androstica.GAL.vi.sim.phar.cap. androstica. Androstica q̄ & pitars & leuki & challasia uocatur ut actis est herba potest autē desiccata & bibita ipsa uero non fructus ipsius urinas ꝓuocare sufficienter palam quoq; q̄ etiam diaforare & siccare
Androsemon uel asquiron uel ādrosemi

Plinius cap.androſemon eſt herba ſimilis ypericon cauliculis molliorib9 & dēſioribus & magis rubentibus folia alba rute figurā habet ſemen papaueris magis ſilē Come eius trite ſanguineū emittūt ſucū gignitur ī uineis:medio autūpno: foditur & ſuſpenditur. GAL .vi.ſim.phar.cap. androſemi.Androſemi fructicoſa plāta duplex eſt natura:Alterum quidē alkita ſeu alkitaydes uocatū:alterū autē quod a quibuſdam dioniſia nūcupatur.POSSE GAL.fructus quidem eorū purgatiuus: frōdiū uero uirtus ſiccatiua & abſterſiua mediocriter q̄obrē & que ſunt uſta igne ſanant.cocta uero in auſtero uino ſolidāt/ Plini9 fructus eius eſt utilis ad purgādū aluū magnorum ulcerū quod eius unum indicat/

Androfaſis .i.atriplex
Angolus .i.citrullus
Annoticum .i.recorporatiuū
Annoſader .i.ſal armoniacum
Annomen .i.roſa canina/
Anſtolocia .i.cappinus arbor
Antofali ſunt gariofili groſſi & tuberoſi & dicuntur antofali.i.ante nati ſicut columbria ante ficus,
Anthora quid eſt.I.I.thora
Antopirus panis .i.fermentatus & ē contrarius opiro,
Anthos idem qđ ſupra & ē flos omnis ſed poītur cōmuniter p flore roriſmarini,
Anthoriſmata .i.tumores
Antropomorfon .i.mandragora/
Antrolia eſt quedā egritudo que dicitur atrofia
Antromata .i.alba apāta
Anubel .i.iuiube/
Anuen .i.color qui fit ex ſanguine cochilii ſed falſo quoniā ē color qui fit ex cocco/

CAP. LXVIII,

Nuiden ara.uel heltif: gre. laſar uel ſilfiū: uel ſilfaſilfiū latine uero:genus ferule cui9 gumi eſt aſſa fetida.Sciendum qđ aſa ē gumi quoddā quod uocatur aſa, & hui9 quedā eſt odorifera quedā fetida. Et dicitur odorifera,quia p̄uū hab3 fetorē uel paruū odorē.Et dicitur fetida,quia p excellentiam habet fetorem & eſt gumi herbe anuiden & eſt habens uehementē igneitatem:ſed aſa odorifera fit ex ſuco ipſius herbe habens aliqualē odorē herbe predicte. SERA.li.agre.cap. anuiden/ Anuiden .i.planta cuius gumi eſt althit .i.aſa fetida:radix eius dicitur maharoth planta eius habet ſtipitem qui dicitur maſtates:& eſt ſimilis ferule:& folia ei9 ſunt ſimilia foliis apii:& ſemen eius latu3 ſimile ſemini nigen mengitagas. GAL. viii.ſim.phar/cap.de ſilfio:ſubſtantia ei9 eſt aerea:& uirtus gumi eius quod ē aſa, & uirtus ramorū & radicum & floris ei9 eſt que calefacit calefactione forti: & eſt ca.& ſic.in.iii. gradu & illud quod eſt de ipſo maioris ſaporis ē gumi, & ipſa plāta eſt calidior & ſubtilior aliarū plātarū oīm, Et propter hoc ē magis reſolutiua & īta lac aliarū arborū omniū:& eſt in fine caliditatis & eſt ſubſtātie uenenoſe/niſi qa eſt pl9 in ea ſubſtātia ignea aerea.Et idē ſecundū aliā tranſlationē ſilfii calidiſſim9 qdē opos/ qnymo folia & ſtipes & radix calefacit generoſe:ſunt autem uētoſioris ſubſtantie omnia & ſecūdū hoc difficile digeſtibilia,extrorſū tamē cōpori appoſita operatiora ſunt & maxime omnium opos attractiue ſufficiēter exiſtēs ȳtutis: & cōſumere carnem & deſtruere habet propter predictā eius conplexionem. DYAS.cap.ſilfium. Silfium omnibus ē notum cuius lacrimum laſar nominatur, acriter calefaciens & ueſicam ledēs: ſed uentrē purgans,hec autē herba calefacit fortiter:inflamatiua ē eius uirtus omniō/ Naſcitur in ſiria:& armenia & libia, cui9 uirga ſpeon ſiue ſpleten uocatur que ſilīs eſt ferule:folia habens ſilīa apio & ſemē latum.Et idem cap.laſar. Laſar.i. aſa fetida lacrimū herbe eſt que ſilfer appellatur que in multis locis in ſimilitudinem ferule creſcit folia habens circa ſe maiora q̄ apium,ſed ſemen ſimile eſt ei. Eſt autē optimū laſar qđ cirinaicū dicitur ſbrufū & perlucidum & intus exalbidū odore

uiſcido: & ꝙ humore cito reſoluitur: & in guſtu ſtatim humorē prouocat: uires habet acerrimas. Vnde cū magnis uexationibus calefacit & relaxat. Adulteratur autem dū uiridis eſt ſucus cū ſerapino & fabe farina quod facile conprehenditur guſtu odore & uiſu. Solutione ī omībus medicinis uſui ſucus neceſſarius ē: uirtus eſt illi uiſcida inflans ſtomacū. AVIC. li. ſecundo cap. de aſa. Aſa eſt duarum ſpecierū quarum una eſt fetida & altera odorifera: non fortē habens odorem ſed calidior earū eſt fetida: & eſt herba uehementis igneitatis in ſe tota & plurimū quidem huius ſpeciei eſt cirinenſe & eſt guma almaroch. Eſt ca. in priō ſic. in. ii. POSSE. DYAS. cap. ſilfium uirtus eiꝰ radicis ē termantica & exarantica: ſtoācū inflat: ructuationē prouocat: īdigeſtibilis ē. & ueſice cōtraria accepta: cerotis mixta & inpoſita puſtulas & ſcrofas ſpgit: oleo addito liuores corporis limpidat: oleo ciprino uel yrino addita ſciaticis frigidum humorem ſiccat: in aceto cocta & cathaplaſmatibus inpoſita ani cauſas cōpeſcit bibita uenenis occurrit: euſtoāca ē mixta ſemībus & nobilibus oxigaris ſale addito comeditur: uirga eius diuiſa lacrimum quod ex ſe dimiſerit neceſſarie colligitur quod laſar dicitur. i. aſa fetida. Et idē cap. laſar uino additū alopitias emēdat. meliꝰ id agens ſi piper & acetū acceperit: ſuffuſiones oculorum in inicio detergit: melle caligines oculorū limpidat percuſſorum dentium dolorē mitigat cū thure mixtū & ore retentum ſimiliter preſtat: poſitū ſuper morſum rabidi canis curat ueneīs acceptis facit: nitro rute & melli additu carbūculis ſingulare preſidium ē duricies uulnerū ſoluit: clauos tollit: caricis additis & cerotis omnia ſuperiora facere poteſt aceto mixtum zernas tollit: & polippum & creſcentes in naribus carnes: flori eris aut erugini campane additū omnia ſilīter facere nouit. Sarcocolle additū & īpoſitum oxichatha curat: aſpredines fauciū & uocis limpidat maxiē cū aqua & melle perpendentē uueā ſuſpendit: gargariſmo cū mulſa frequēter ſumptū colorē līpidū facit. in ouo ſorbili tuſſientibus prodeſt: pleureticis & hydropicis cū caricis ſiccis auxiliatur. Cum pipere & ruta bibitur addito uino & typicos frigores excludit: tetaīcis & ſpleneticis & opiſtotoīcis pōdere ulicis unius additū cere & gluctituꝫ medetur ſanguiſſugas bibitas aceto mixtum excludit. Cohagulatum lac ſtomaco ſoluit. Aſperitatē artarie per catarū lōgi tēporis uel uocē amputatā curat. Epilenticis cū puſca bibitū medicatur cū mirra & pipere bibitū mēſtruis imperat: uētreꝫ mollit: & de alto cadentibus opitulatur: oxigariis miſcetur: amigdalis amaris & rute mixtū ī omnibus cauſis neceſſarie comeditur: cum ficu atq; yſopo decoctū & collutioī oris adhibitum exoſos dētes medetur. AVIC. Aſa diſrūpit uētoſitates: & effugat eas ꝓpter reſolutionē ſuaꝫ & eſt cum hoc inflatiua & incidit & reſoluit ſanguinē cōgelatū in uētre. cōfert allopicie illinita cū aceto & pipere. Et quando admiſtratur ī cibariis facit bonū colorem & abſcindit uerucas que ſunt ut claui. Et cum incidūtur apāta fraudulēta mortificantia mēbrum ſi poātur aſa ſup ea confert. Et eſt bona in cura dubellet appētiū & occultorū: cōfert empetigini quādo bibitur cū aqua granatorū: cōfert contritioni lacertorum: & confett dolori neruorū ſicut tetano & paraliſi ſi accipiatur ex ea aureꝰ: & miſceatur ſecūduꝫ ꝙ dicitur cum cera & degluctiatur: aut ſi bībatur cum uino pipere & menta. Et implentur ea mole in ore & commiſcetur cū thure: & ponitur ſuper dentē: & efficit operationē peonie in epilenſia. Et cū ex ea fit gargariſmus eradicat ſanguiſſugas gutturi ānexas. Et eſt bona ī inicio aque alcohol facto ex ea & cum melle: & cum diſſoluitur ī aqua & fit ex eo gargarizatio & ſorbetur, clarificat uocē ſtatim & cōfert aſpitati gutturis. Et ſi ſorbeatur cum ouis confert tuſſi antique & plureſi frigide & efficit operationē fenugreci in apāte uuule. Et ſi adminiſtratur cum ficubus ſiccis confert hyctericie: & ipſa quidē ē ex eis que nocent ſtoāco & epati/

Et confert emoroidibus: & in coytu

fortitudinem prebet:& ꝓuocat mẽstrua & urinã:& cõfert dolori uẽtris pũgitiuo & ulceribus inteſtinorũ. Et Gal.quidem extimauit in ipſa eſſe uirtutẽ ſolutiuam parumper cũ ſtipticitate ſua, ſed ſcitum eſt apud omnes q̃ ipſa confert ſolutioni antique frigide.Et eſt bona.febri q̃rtane, Et ponitur ſuper morſum canis rabioſi & uermiũ uenenoſorũ: & rutele & cõfert oĩnibus illis bibita & linita cum oleo:& expellit nocumẽtũ ſagitte uenenoſe. Sed loco fetide equale pondus ipſius de odorifera & pondus ſemis de ſerapiõ tãtũdẽ de anaroch:& medietas ponderis eius de guma rute. SERA.auct.dyas. Radix hui9 arboris ẽ deſiccatiua difficilis digeſtionis & eſt nociua ueſice:q̃ndo miſcetur cũ ceroto reſoluit ſcrophulas: & exituras, Et quando fit ex ea emplaſtrũ cum oleo aufert liuorẽ qui fit ſub oculo,& quando coquitur in aceto & cortice granati,& fit inde emplaſtrum curat emoroydes ani: Et quãdo bibitur cũ tyriaca ẽ medicamẽ mertiferorũ & uenenorũ. Et ipſa p̃parat & comeditur.ſ.cum ſeminibus & ſale & eſt bona ſtomaco, ſine hiis autẽ eſt inflatiua & facit ructuare.Et homiẽs ſcidũt ſtipitem, & radicem & egreditur inde lacrimus qui colligitur & ſiccatur, & eſt illud quod dicitur aſa.Et melior ex aſa ẽ illa que uergit ad rubedinẽ,& eſt clara ſimilis mirre habens bonũ odorẽ nõ ſilẽz odori porri nec odorẽ horribilẽ ſubito:& quando teritur & infũditur cito reſoluitur, & quando tenetur in ore prouocat ſaliuam cito.fortius autẽ q̃d in tota hac planta eſt.Eſt gumi:& poſt illud ẽ foliuz & poſt illud ẽ ſtipes:gumi autẽ eſt acutũ inflatiuum:q̃d quando miſcetur cũ aceto uino & pipere,& ponitur ſuper alopiciaz curat eam. Alia autẽ que dicit ſerapio, ſunt hic poſita ſecũdũ mẽtem dyas.gal. & auic.quare pronũc tranſeo.

Anuiden romanũ .i.ſiſeleos,
Anchuſal .i.aec
Anchuſa .i.lactuca aſini
Anguarte .i.ſarcocolla,
Angulus .i.citrullus,
Apalos .i. mollis uel ſine pelle inde dicuntur oua apala .i. ſine teſta, inde & apala ſarcos.i.mollis caro,ab a q̃d eſt ſine,& ſarcos q̃d eſt caro,
Apartias .i. ſerpens
Aparme .i.lapago
Apartias .i.uentus ſeptẽtrio,
Appaloſarton .i. habens glaucos oculos,
Apta .i.putredo uel ulcera mala uel alcola,
Aptha idem q̃d ſupra,
Appella .i.ſine pelle,
Apentiſemenon .i.inteſtinum,
Apepſia .i.ĩdigeſtio uel mordicatio
Aperificis eſt ſpecies titimalli,

CAP. XLIX.

Aplenon uel aplinium gre. ſplemon aut ſcolopendrion ara. uero & latine ceterach.

DYAS.cap.aplenon.Aplenon folia habet ſcolopendrie uẽnoſe ſimilia.Naſcitur locis ſaxoſis uel parietibus ex lapide fabricatis:folia eius ſũt multa ex una radice aſcendentia diuiſa ſicut polipodiũ: ſubt9 rufa & aſpera & ſuper uiridia. Eſt uero ſine haſta,ſine flore.& ſine ſemine.GAL, vi. ſim.phar.cap.aplinium ſubtiliũ ꝓtiuz quidẽ,nõ tamẽ ca.uirtutis eſt herba.

POSSE.DYAS. folia eius elixa cum aceto,& bibita.xxx.diebus ſplenẽ ſiccant, Itẽ folia ipſius uino addito ut cathaplaſma inpoſita: ſpleni ſingulare preſidium ẽ, yſopi folia cũ aplenõ foliis trita cũ leuiſſima uini bibitione,ſplenem conſumunt: ſtrãguiriis & ſubgluctioĩb9, & hyctericis prodeſt bibita calculos frangit:dicitur q̃ ſola cũ ſplene mule collo ſuſpẽſa,mulierẽ generare non ſinit:ſane nocte ſuſpẽdẽda eſt & obſeruandũ ne luceat luna aut de die ſuſpende & ſi homo ꝓ muliere eãdez foderit:& aſſit alius qui dicat inde fodi te ut illa non generet etiam hoc dicitur prodeſſe. GAL.Aplinium lapidẽ frãgit, & ſplenem ſubtiliat uel attenuat,

Apia .i.mala ualde dulcia,
Apiaſter .i.apium riſus,
Apinalfac .i.laieralmanam
Apiretios.i.ſine febre uel ſine feruore

Apiſcon .i.ariſtologia
Apiumtanum .i. zizania

CAP: .L.

Apium latine:grece ſelinum ara.uero kaſpar uel karfi.

Apii plures ſūt ſpecies. Naz ē apiū domeſticū uel ortinū. Et eſt apiū raninū ſiue apiū riſus.Et ē apiū emoroydaz,& ē apiū quod dicitur cerofoliū. Et eſt apium campeſtre:& eſt apiū hyſpanū, Et eſt apium perſicū: & eſt apiū agreſte/ Et eſt apium montanū:& eſt apiū aq̄ticū/ Et eſt apium ruſticū: & eſt apium quod dicitur regalea. Apiuz domeſticū omīb9 notum quod dyas.uocat ortinum:qđ ca. eſt In principio.iii. gradus ſic. in medio eiuſdem:cuius ſemen eſt maioris efficacie ſecundario radix/tertio herba. Cum autē in medicina receptio apii ſimpliciter inuenitur ſemē apponendū eſt/qđ a multis ſelinum appellatur licet tota herba ſic uocetur.Apium raninū ſiue apium riſus uocatur a dyas.botrachion uel natrachion. Et dicitur apium raninum,quoniam naſcitur in gurgitibus in quibus degunt rane:& ideo uocatur natrachion. Nam natragos gręce .i. rana: & uocatur ſiliter herba ſelerata uel paronichia uel unguis leproſus.Et dicitur apium riſus,quoniaz moritur ex eo homo ridendo.GAL.viii. ſim.phar.cap/paronichia: uocat apiū riſ9 paronichiam dicens:paronichia.i. unguis leproſus nominata eſt ſic ab actu, ſanat enī paronichias ſicut ait dyas. uirt9 autē eius ſubtilium partium eſt & ſiccatiua:& non mordax:talia enim eſſe oportet paronichiarum pharmaca:palam autem eſt, quoniā hoc tale diaforare ſufficiēs ē omēs paſſioēs quecumq; diaforari egent: talia omīa enim ſunt quecumq; tertii gradus exiſtunt in calefaciendo & ſiccando/ſicut & in ſubtilis partis ſubſtantia: hui9modi apii ſūt quatuor ſpecies:ut inquit dyas. Vna eſt que folia habet coriandro ſilīa, ſed latiora & alba & pinguiora:& florem mellinum & aliquantulū purpureū: ẏgaz non longam:ſed breuē:radicem albam & non amarā fixam ſicut elebori. Virtus ē eius uiſcida & uulneratica:locis aquoſis naſcitur.Secunda eſt longioris tyrſi & foliis yrtis multis locis inciſis guſtu acerrimis/hec multū in ſardinia naſcitur quā ſardi apium agreſte dicunt:huic uirtus ē uiſcida ualde.Tertia ſpecies ē/folia habēs paruiſſimā uel breuiſſima tetri odoris atq; incendioſa cum floribus auroſis.Quarta ſpecies botrachion qđ ſtaticem dicitur/ naſcitur locis ſabuloſis & campis areoſis florem habens lacteū: radix eius eſt articulo ſimilis que radiculas paucas & tenuiſſimas habet. GAL.vi.ſim.phar.cap. botrachion . Botrachion ſiue apiū riſus uel herba ſelerata, quatuor quidē habet ſecūdū ſpeciem differēcias:omnes tamen acres uehēmentis potentie ſūt ut ulceret cū dolore. Ca.& ſic.eſt uehemēter radix & ſimiliter tota herba. Apiū emoroidaz ē cū foliis guttaticis guttis q̄ſi ſanguinis melācolici. Apium qđ dicitur cerofoliū habet folia minuta ſicut folia fumi terre ſed minutiora,unde cerofolium ē ſpecies apii ut yſaac in dietis particularibus/cap. de apio.GAL.vi.ſim.phar.cap. de cerofolio gingidiū uel cerofoliū ſicut ī guſtu particeps eſt amaritudinis & ſtipticitatis/ ſic in conplexione caliditatis & ſiccitatis eſt particeps.Eſt autē ſiccatiuum ſecūdū utraſq; q̄litates/nec cacoſtomaticū ē eo q̄ non paucā ſtipticitatē ſortitū eſt: caliditatē quidē non minus manifeſtā poſſidet/ ſiccat autē ſecundū ſecūdā abſtantiam. Apiū campeſtre.i.agreſte uel ypoſellinū & eſt olixantrum uel alexandrū,radix eſt illi groſſa & alba & mollis & odorata, folia habens rotonda & uiridia in capite, plenum eſt flore que capita clauſa ſunt ī quibus ſemen eſt uiride & oblongum & uiſcidum aromatis habens odorē euſtomaca eſt. Naſcitur locis umbroſis & in ortis & humidis locis,hec herba eſt cibis apta cruda & cocta comeditur ſicut apiū/ GAL.viii.ſim.phar.cap.ſinirinuz:ſmirinum alii ſelinum equinum uel ſilueſtre. Alii uero alexandrinū nominat ex eodē genere eſt:& hoc cū ſelino & petroſelliō macedonico,& erit quidem ſelino fortiz, petroſellino uero debilius menſtruorum

Oua plus aliis conuenientia galline ſunt & perdicis, poſt q̄ oua anatis in bonitate exiſtunt q̄is malum efficiant nutrimētū Alia uero oua ſicut oua que ſunt paruaꝝ auium aut magnarum cōmedēda nō ſūt niſi medicine cauſa. duo uero ouorū ꝑus dicta genera galline uidelicet atq; ꝑdicis ſperma ualde augmentant atq; ad coytū ſtimulando incitāt. Anſerum autē oua faſtidium faciunt: graue habentia odorez Sed galline & perdicis oua tēperata ſunt & conuenientia. Vitellus quoq; oui in caliditate tēperatus exiſtens bene nutrit Albumen uero frigidum eſt & uiſcoſum dureq; digeritur ſanguis etiā ex eo generatus non eſt bonus. Oua cuz elixātur & dura fiunt ꝑlus nutriunt ad digerendum tamen ſunt duriora tardiusq; de ſtomaco deſcendunt : mollia uero ad deſcendēdū uelotia: hiis a qb9 ſanguis fluxus ē multū aut uires fuerunt inminute conferunt. Tremula uero que neq; dura fiunt neq; mollia inter illa duo media exiſtunt. oua preterea gutturis & pulmonis conferunt aſperitati ex quibus ſanguis temperatus ac multarum uiriū generatur. Ipſa quoq; aliquando uicem carnis tenent qb9 ualde pingues uti non debent. AVIC. li. ii. cap. de ouis. Meliora ex eis ſunt oua galline recentia. Et melius quod eſt ī eis ē uitell9 Et melius eorum artificium eſt ut nō cū alio congelentur: poſt oua autem galline ſunt oua auium que curſu earū ꝑcedunt ſicut atederam, adoram & alcubugi, & atthehemigi. Oua uero anatis & ſimiliuz ſunt mali humoris: oua ſūt ad equalitatē tendentia: ſed ipſorū albumen ad frigiditatē: & uitellus ad caliditatē, & ambo ſūt humida precipue albumen. Et ex eis ſicciora ſunt oua anſeris & ſtrutii. In ouis ē ſtipticitas & ꝑprie in uitello eoꝝ aſſato Eorum autem albumen ſedat dolores mordicatiuos propter ſui gluctinationez quoniam ipſum tenetur & remanet quia non remouetur uelociter ſicut lac. Coagulata uero ſunt tardioris digeſtioīs plurimi autem nutrimenti. Et meliora eorum ſunt ſorbilia cocta in aqua & ſūt uelotioris penetrationis: fit epithima ex albumine eorum, & tunc prohibet corruptionem coloris a ſole & remouet eam & cū uitellus aſſatur & teritur eius epithima eſt utile panno & nigredini: Oua autē auis turde ſūt tinctura boā ſecūduz q̄ dicitur, & experitur hora qua ꝑparata ſunt ad illud cum filo lane penetrante in eis, & dimittitur donec conſideretur an nigreſcat. Et ſimiliter oua alodoc ſecūdū q̄ dicitur: & ponuntur oua in emplaſtris apātum & in criſteribus propter ulcera & apāta & liniuntur ſuper heriſipillā cū oleo. Et cōferūt exituris ani & pectinis & aduſtioni ignis: & conferunt ad ulcera: & ſiliter in aduſtioē aque: & leniunt neruos & conferunt omībus doloribus iūcturaꝝ. Et ponuntur in medicamētis abſcindēdi fluxū ſanguīs pāniculi cerebri & cōferunt corize. Et uitellus oui galline confert apātibus ca. in aure. Et dicitur q̄ oua teſtudinis ſilueſtris conferunt epilentie. Albumē oui ſedat dolorē oculi & uitell9 cum croco & oleo ro. confert percuſſioni oculi: & cum ex eo fit emplaſtrū cū fariā ordei, prohibet fluxum ab oculo: & ſiliter linitur cum thure ſuper frontem ꝑpter fluxum ad oculum. Et conferunt oua ſorbilia aſperitatī pectoris & pulmoīs & gutturis & tuſſi & pleuriſi & ecthicis & raucedini uocīs ex caliditate & ſtricture anhelit9: & ſputo ſanguīs ꝑprie cum ſorbetur uitellus ipſorum tepidus Et oua quidez teſtudinis ſilueſtris expta

ſunt tuſſi infantium. Et oua cocta ī aceto prohibent fluxum uentris: & diſinteriam & ipſorum uitellus confert ulceri renum & uelice precipue ſi ſorbeatur crudus. Et que ex eis ſunt aſſata ſuper cinerem ſine fumo conferunt ſolutioni uentris: & diſſinterie quando cōmeduntur cū aliqbus ſtipticis & aqua agreſte. Et conferūt aſperitati inteſtinorum & uelice. Et ex albumine quidem ipſorum fit criſtere cū meliloto propter ulcera inteſtinorum & putrefactionē eorū & conferunt exituris ani & pectinis. Et ſupponitur licinium infuſum in eis & in oleo ro. ꝓpter apāta ani & percuſſionem eius. Ex albumine preterea ouorum fit peſſarium cum oleo de alcanna & confert ulceribus matricis & lenit matricem. Et quando ſorbetur ſicut eſt crudum confert fluxui ſanguīs. Amplius omnia oua, p̄cipue oua paſſerū augmentū faciūt ī coytu: Et dicitur, ꝙ cū oua anſeris miſcētur cū oleo & diſtillātur tepida in matricem prouocant menſtrua poſt quatuor dies. Et idem ī li. de uiribus cordis dicit ꝙ confortāt cor. Rabimoiſes cap. de ouis. Oua in ſe recētia ſunt cibus propinquior ſanguini: ſed oua dura aſſa ſūt ex cibis groſſis uiſcoſis. Et oua iuuāt ad coytum & maxime cum cepis & rapis GAL. ſup illo āphoriſmo eorū q̄ nutriūt oua nutriunt parum & tarde & maxime in aqua cocta: & oua ſunt groſſus cibus ſicut ius tritici & piſces: uitella eorum cū oleo ro. & croco remouent dolorem podagricorū: & ſi multū doluerīt miſceatur modicum opii & inungātur. Contra incendium ignis fiat ungentū ſatis ꝓbatū ex uitellis ouorum recentium oleo roſato cera alba & ſepo arietino. Ad idem ualet ſucus plantaginis cum albumine ouorum recentiū & ſuco cucurbite. Albumen oui cum uitello in urinali poſitum alicuius ſuſpecti qui quouiſmodo ſūpſit uenenuꝫ interius infra certas horas illud patefacit ubi ſit quoniam ſi ſit ultra gibbuꝫ epatis .ſ. in uenis uel uiis urinalibus nigreſcit & fetet. Si uero ſit citra concauum eius ut ī orobo uel inteſtinis aliis rugatur & citrineſcit ſed non fetet: hoc reperi ī margine cuiuſdam ſerapionis apud capitulum de urina ideo hoc etiam hic addo

Baaracothon	.i. pſillium
Baam	.i. cū multe placēte ponuntur in patella una ſuper aliā locādo melle iter omēs duas poſito atq; ſic ſimul coquuntur
Baidh	.i. baadh
Baucia	.i. paſtinaca
Baucia ortenſis	.i. paſtinaca doēſtica pro qua .l. l. lezar
Baucia agreſtis & eſt daucus	paſtinaca agreſtis
Baurtania	.i. uitis agreſtis

CAP. LXXIIII.

Aul arabice uel hirne: grece locium: latine uero urina.

SERA. li. aggre. cap. baul auct. gal. Virtus urine eſt calida acuta & eſt in ea abſterſio magna: & propter hāc cauſam utuntur ea lauatores pannorum lauantes cum ea pannos & auferūt ab eis maculas & ſordes: & que ex ea ē ex aīalibus fortis caliditatis maioris eſt caliditatis & econtra. Et urina hominis debilior eſt omībus aliis p̄ter urinā porci caſtrati Ipſa enim eſt in debilitate ſicut hominis urina. Vrina autem uerri fortior ē urina hominis, & urina apri fortior eſt hiis & ſignum in hoc eſt acutas odoris poſtq̄ nō poteſt temptari per ſaporem uel potum propterea uero ꝙ uiderūt medici ꝙ uriā multum abſtergit curant cum ea ulcera profunda & ſcabiē & ulcera multe ſordis & propterea adminiſtratur in ulceribus teſticulorum circa loca illa exiſtētib? que ſunt multum humida & ī ulceribus auriū & abluunt cum ea caput & mundificat furfures q ſunt ī eo & lentigines faciei & curat ēpetiginē & ſerpiginē & ſahaphati capitis & quādoq; adminiſtrāt eā coacti non potentes habere medicinā aliam in ruſticis & curat egrit udiēs eoꝝ & accipitur etiā petia & ligatur ſup exiturā aut ſuper ulcera que generantur in manibus & pedibus ligaticē forti p̄cipiēdo īfirmo ꝙ continue mingat ſuper loco illo non diſſoluendo donec curetur & confert &

curantur. Sed medicina que ſumitur ex urina infantium & ē dicta criſocolla eo q̄ aurifices utuntur ea ad aurum ſolidandū ē multuz iuuatiua in ulceribꝰ fraudulētis & difficilis conſolidatōis: qui ergo uult facere hanc medicinā: accipiat mortariū ex cupro & piſtellum ex eodem & mīgat in eo puer non pollutus & piſtetur cōtiūe in ſole aut in loco calido doēc diſſoluatur ex ſubſtantia eris & erit magni iuuamēti in ulceribus dictis. Fex autem urine alba relidens in fundo eius ſecundū q̄ dicitur cōfert heriſipille. Et urinam pueroruz & etiam uirorum iam biberunt quidam in paſſioībus ꝓuenientibus ex corruptione aeris & eſtimauerunt ſe ꝓpter hoc fuiſſe curatos. DYAS. cap. lotium q̄ſq̄ biberit lotium percuſſum uipere ſanat: uenenis bibitis ꝓdeſt: hydropes ī initio curat pūctiones echimi & ſcorpionis maritimi ſilīt & draconis maritimi punctum curat.

Camā urina nitro admixta & inde medicamentum factum lepras & prurigines tollit. Et urina hominis, quando cum nitro miſcetur, confert ſi ponatur ſuper morſum canis rabidi & ſcabiem ulceratā & ſupra pruritum. Et urina homīs ſenis que nō recens eſt: eſt melior in ulceribus huīdis & in furfuribus capitis & ēpetigini & ſerpigini ipſa quidē furfures & acoras & ſcabies & panaritia uulnera medicanda curat putredines ueretri: & puſtullas auriuz ſanat, uermes auriū excludit & curat cum corio mali granati ſi fuerit decocta. Pueri urina ortopnoicos curat cuz melle in uaſe ereo cocta & peruncta: uulnera gingiuarum compeſcit: caligines oculoruz tollet in eramine miſſa: & cocta ut ipſum coagulare faciat & puluis eius in oculis aſpergatur: q̄d in uaſe ex urina reſiderit ignem ſacrum compeſcit. Caprinū lotiuz in uaſe coctum & cum lanis peſſariis adhibitum dolores ſtercos curat uulnera oculorum tollit: prurigines palpebrarum cōpeſcit: urina taurina cū mirra adhibita dolores aurium mitigat. Vrina caprina hec oīa facit: bibita uero calculos frangit & excludit. Leporinum lotium bibitū cū ſpicanardi & aq̄ ciatis duobus, hydropes curat. Infantibus urinam prouocat: uētrē mollit: dolorem aurium compeſcit: lincis urina quem multi ligurum uocant mox ubi minxerit lapis fit quem multi elecoꝓ uocant: dolores ſtomaci compeſcit: uētris abſtinet reumatiſmum. Aſininum uero lotiū bibitū nefreticos curat: hec ſentēti aliter dicit ſera. auct. dyas. cap. ꝓprio licet ſub aliis uerbis

Baulurus gemel	.i. urina camelli
Baulleb	.i. urina canis
Baulumſen	.i. urina hominis
Baulaſabil	.i. urina puerorum
Baulcebul	idem quod ſupra
Baualmais	.i. urina capre
Baulbaccara	.i. urina uacce
Baulbulis	.i. urina bouis
Bauma	.i. pix
Baurach bahaſur baurach	eſt quedaz ſpecies
Bauratus duratus	.i. deſciccatus & i
Baurati	.i. medium uentris

CAP. LXXV.

Aurach ara. gre. afronitrum latine uero ſpuma nitri.

Baurach aliud minerale: aliud artificiale. Minerale aliud armenuz aliud affricanum. aliud romanum. aliud egiptiū Armenum eſt laminoſum album habens permixtionem rubedinis: & aliqd purpureitatis: & eſt mordicatiuum ſalſuz. Alie uero ſpecies in hiis proprietatibus erunt remiſſiores & debiliores. Vnde baurach .i. afronitrum quod eſt ſpuma nitri armeī que eſt alba leuis: & ſalſa mordicatiua. Et ē aliud ſic artificiale ſicut flos parietis qui eſt ſicut flos ſalis ex eo artificialiter fit ſal nitrum. Et eſt ſimiliter baurach artificiale quod fit ſecundū galienū libro dinamidiaruz. cap. de afronitro: ſic accipe partes nitri duas ſaponis partem unam diſtempera cum capitello: & factrociſcos Illud uero quod ē minerale ſecūdū dyas. cap de afronitro dicitur afronitrū uerius & ē ca. & ſic. in. ii. gradu. SERA. li. aggre cap de nitro. Nitrum & baurach .i. nitruz & ſpuma nitri ſpecies baurach & minere

ipſius ſunt ſicut minere ſalis. Nam ex eo eſt aqua fluēs deīde petrificatur: & ex eo eſt quod in minera ſua eſt ſicut lapis: & ex eo eſt rubeum: & ex eo eſt album: & purulentum; & multorum colorum. Vnde nitrum habet ſpecies multas: una earū dicitur baurach armenū: & defertur ab armenía. Et eſt alia que dicitur nitruz & defertur ex rahath & ſūt eius due ſpēs album & nigrum & eſt ſimile ſalibus minerarum & ſapor eius eſt inter ſalſedinē & acetoſitatem. Et dixit quidam medicꝰ qꝙ baurach ſunt due ſpēs .ſ. artificialis & naturalis: & naturalis ē illa q̄ naſcit ī miēris & ſunt eius due ſpecies. ſ. armenīcum & babilonicum: & armenicum eſt melius & eſt illud quod uidimus apud nos: ſed babiloīcum: eſt illud qđ defertur ad nos & ſunt eiꝰ due ſpecies una noīatur nitrū & eſt ſal petroſum, cuius color eſt ad rubedinem tendens: & ſapor ad ſalſedinem cum amaritudine pauca ſignificans ſupfluam aduſtionem. Et ſpecies alía dicitur baurach panis quía in maſſa ututur eo ī pane: & hoc quia hoīes ipſius terre diſſoluunt ipſum in aqua & liniunt ex eo panē anteq̄ coquant: recipit enī ab ipſo claritatē quādaz: ſed baurach artificiale generatur ex materia nitri & humiditate plumbi & hec commiſcentur adinuicē: & ponūtur ad ignem & iſtud nominatur nitrum & ē ſal petroſum inciſiuum & abſterſiuum exiſtens: unde una ex ſpeciebus baurach artificialis eſt baurach album. Et ē aliud artificiale quod ē ſpumoſum & ē melius ōnib9 & color eius eſt terre9 purulentus trahēs pl9 ȳſus rubedinē & ex eo ſuītur qđ fit ex ſigillatōe. DYAS. cap. de nitro Nitrum eligi oportet qđ eſt lene & color eius ſit ſicut color roſe: aut album & ſit plenum foraminibus ſicut ſpongia: ſed medicina que dicitur afronitrum & ē ei9 expoſitio ſpuma nitri & eſt illud quod putant quidam eſſe baurach armenuz & melior ex ea eſt que eſt lenis multum & exiſtens in laminibus cito frangibilis: & in colore ſuo eſt purpureitas: & eſt ſimilis ſpume mordicans linguam quēadmoduz eſt illa que defertur a ſilia uel delfia & ab candia & poſt hanc in bonitate eſt illa que defertur a babilonia uel ex egipto. Et idem Sera. auct. gal. differentia ē inter baurach affrice quod dicitur ſpumoſum & nitrum uel nitri ſpumam. qꝙ ſpuma baurach eſt mediciā deſiccatiua & color eius eſt ſimilis farine frumēti: & ē alba & nō ē ſicut flos lapidis aſii: neq; talis coloris ſed baurach ſpumoſū non eſt ſicut fariā ſed eſt coagulatum & aggregatum: & eſt illud quo utūtur hoīes cotidie ad lauādū ſordes & ad auferendum pruritū: & p9q̄ res eſt ſicut diximus iuenīūt ipſaz medici eſſe unam ex medicīs reſolutiuis, ſz ſpuē baurach uirtus & natura eſt eadem quā habet baurach: niſi quia eſt ſubtilior: & poſtq̄ diximus qꝙ natura baurach ē media inter naturaz baurach africe & naturam ſalis & hoc quia in baurach affrice ē ȳt9 que abſtergit ſolum: & in ſale eſt uirtus ſtiptica: & in baurach ſūt iſte due ȳtutes ſimul: niſi quia uirt9 eius ē ſtiptica pauca ſed uirtus abſterſiua eſt multa. Et dixit qꝙ uirtus baurach eſt media inter uirtutem baurach affrice & ſalis: & q̄do cōburitur eſt propinquius illi affrice: & hoc ideo qa ſubtiliat, & propter hanc cauſaz deſiccat & reſoluit. Et ſi ſumitur de eo aliquid p os icidit: & ſubtiliat huōres groſſos pl9q̄ ſal: ſed baurach affrice nō utimur iterī9 niſi indigeamus medicina forti quia ipſū cōmouet nauſeam & uomitū: & niſi eſſet propter hoc daremus ipſum ī humoreb9 groſſis. Quīdā uero utūtur iſto baurach affrice in medicinis que dantur illis qui ſumpſerunt fungos ſtrangulātes: & curat eos ſtatī: ſed & nos adminiſtram9 baurach aduſtum & nō aduſtum: & maxiē ſpumā eius in iſta ſtrangulatione: & iſta ſpuma noīe greco: & cōpoſito afroītrū dicitur & eſt magis abſterſiuū q̄ ſal qa nō ſtipticat & ſunt amara multum. Et poſt hoc dixit qꝙ ſal amarus medius eſt inter ſalē duruz & afronitrum bonum eo qꝙ afronitri ſunt ſpecies quia ex eo eſt durū groſſum quod non diſſoluitur in aqua cito: & non eſt ſermo medius hic in ſpeciebus illis ex eo: ſed ſermo ille eſt medius in hoc qꝙ ſignificat nomē ſuū uolo dicere ſpumam

ſubſtantie eius que eſt ſicut ſpuma quia nitrum eſt ſicut petra & iſta ſpuā ē ſicut ſpuma in ſuperficie exiſtens & ideo nitr̄ eſt minus calidum q̄ afronitrum & propt̄ hanc cauſam aufert carnem que creſcit ī ulceribus & deſtruit eaz abſq; nocumēto aliquo ſed flos nitri & ſiliter ipſū nitrum ulcerum mordicat carnes. Et dicit conſiderator horū ſermonum quādo diligēter conſideras ſermonē gal. in. iiii. cap. d̄ nitro & afronitro & cōperas ipſum cū ſermoē ſuo in. xi. cap. baurach: affrice quod eſt ſpumoſum & baurach ſiliter & aggregas operationes inuenies pro certo q̄ intellexit per baurach affrice nitrum & per baurach afronitrū ſpumam nitri & dixit q̄ afronitrū eſt ſpuma nitri & ē baurach armenum ſumitur ergo p̄ hoc q̄ baurach ſecūdū gal. ē baurach armenū. Et p̄certo ſcias q̄ intellexit per baurach armenum afronitrum. Conburitur nitrū ſic poātur in olla terrea & ſepeliatur in prunis & dimittatur doēc caleſcat: & p̄ea auferatur ab igne & repoātur & illud ē qd̄ uocatur amentum. Buſcaſim libro qui dicitur ſeruitor ſal nitrum conburitur ſicut ſal. POSSE.SERA .auct.dyas.uirtus cmīs nitri ē deſiccatiua & quādo bibitur ex eo īcidit & ſ̄btiliat huōres groſſos uiſcoſos pl9q̄ afronitrū & datur aduſtum & non aduſtū ad ſuffocatōez fūgorū pniciōſorū Sed uirtus ſpuē nitri que dicitur afroītrū eſt ſilis uirtuti ſalis aduſti: & aduſtio eius eſt ſicut aduſtio illius niſi q̄ afronitrum ualet plus ſale in hoc q̄ ſedat torſiones uentris, & miſcetur cū aliquibus ungeītis & inungitur exeis patiens febres pyodicas & aufert rigorem earum ſi fiat iūctio ante paroxiſmū apud ignez: & ingreditur etiam ungenta que fiunt ad ſcabiē ulceroſam & pruritum & morpheā. Et q̄ndo afronitrum & ſpuma nitri q̄d̄ ē baurach armenum, diſſoluitur in aqua aut uīno & diſtillatur in aurem ſedat dolorem ei9 & uentoſitates que ſunt in ea & ſibillum: & cōfert huōribus fluentibus ad ea & q̄do diſſoluitur in aceto, mundificat ſordes q̄ ſunt in ea: & quando miſcetur cuz adipe anſerino aut axūgia porcina curat morſ9 canis: & quando miſcetur cum terbentiā curat orificia furūculorū. Et fit ēplaſtruz cum ea & ficubus ſuper uentrē hydropici & fit cum eo & melle cchol acuēs uiſuz Et quando bibitur cū aceto & aq̄ cōfert ſuffocationi fungorum pernicioſorum: & quando bibitur cū aq̄ confert nocumēto ſpērū cantaridarū: que dicitur buſſraſitis & ſuītur cū anuiden & cōfert nocumēto ſanguinis nariū: & confert ad extenuādū Et fit emplaſtrum paraliſi & facit caput declinare ad poſteriora & torſionibus neruorum confert & miſcetur cuz puſca & aq̄ & fit panis habēti paraliſiz lingue.

Bautia .i. uitis alba
Bautamia .i. uiticella, & eſt idem quod ſupra
Babalanus mepſico .i. balanus repſico
Babathematicon .i. ſucus cauliculi agreſtis
Babebot eſt quedam auis calidior oībus auibus quā non congnoſco, faciens augmentum in coytu.
Bablericum .i. bellirici
Babunagium .i. yſopus
Babunegum .i. camomilla
Bacanum .i. rafanus
Baca .i. fructus lauri,
Bacat .i. p̄ondus
Bacath idem quod ſupra
Bacca .i. bacha
Bachantis quid eſt. l. l. hec
Bacha .i. fructus oliue uel lauri uel edere & ſunt fructus uel grana rotonda
Bachar ſunt proprie bacce lauri
Bachara .i. aſarum.

CAP. LXXVI.

Achaelh grece: latine luyula uel paīs cuculi: luyula herba eſt acetoſi ſaporis folium ei9 eſt paruū & tripliciter diuiſū: & ī cacuīne cuiuſlibet partis eſt alia inciſura: ſemina eius ſunt in uaginulis ſimilibus cornículis que cum tanguntur tempore maturatōis euolāt ab eis ſeīa ſilīa ādachuce tēdētia ad rubedinem & uocatur trifoliū acetoſū ſicut apparet in. l. andachucha. & talis eſt

trifolium quod ponitur a damaſceno in ungento diatinicon & uocat ipſū trifoliū Plinius cap. bachael folia cime flores & fructus ſunt fri. & ſic. folia tamen ſunt humidiora predictis: fructus uel ſemina eius matura aliqualem habent dulcedinē POSSE. luyula medetur ulceribꝫ oris & fiſtulis, ſilātur in uirtute acetoſe ſilueſtri eſt ſtiptica: conſolidat uulnera & ulcera: ſucus eius ualet ulceribꝫ oris antiqs: & alcole: & rob eius confert alcole. Plinius ca. bachaelh propter acetoſitatē exiſtentem in ipſo ualet ad alcolam & alias egritudines oris.

Bacía .i. baucia

Bactitura ſeu ſquama metallorum grece dicitur lepidos

Bacora catona .i. pſillium

Bacora citona idem quod ſupra

Bacula .i. bacca

Bacuch marina .i. buthormarien,

Badahas eſt regio quedam

Badraharac .i. reſiſtentia ueneō

Badhar .i. ſterc9 animaliū

Bahacha .i. cibus qui fit ex tritico lacte & zucaro

CAP. LXXVII.

Akade ara: uel adria ochaxa: uel ſcede: grece polion: latine uero poliū montanū. Polii diuerſa ſunt genera ſed montanū cōpetit uſui medicine. Vnde cū ſimpliciter poliuꝫ inuenitur montanum debet intelligi cum flores ,pducit colligatur : p ānū ſeruatur, ẏtutē habꝫ diſſoluēdi & cōſumēdi & habꝫ uirtutem diureticam ex ſubtili ſubſtantia SERA .li. aggre. cap. bakade auct. dyas. due ſūt ſpecies .ſ. magnum & paruū: puū eſt quo utūtur medici & ē planta ſubtilis paruuꝫ cuius longitudo eſt circa palmuꝫ & eſt plena ſemine. Magnum uero ē ſup cuius ſummitatem eſt capitellum paruū rotondū ſimile capitello ſpine albe, odorē habet grauem, cum pauca aromaticitate & magnū eſt debilioris odoris. DYAS. cap. polion. Polion eſt montuoſum & eſt alterum. Montuoſum uero eſt qđ nobis uenit in uſū: frutex ē alba & tenera, folia habens longa unius cubiti ſuper ēs uirge ſunt cum capitellis ſemine plenis, a quo lanities exit alba & lōga uelut capilli odorem habens cum ſuauitate. GAL. viii. ſim. phar. cap. de polio. Polium amarum guſtātib9 ē & moderate acre: magis autē uirtuoſum quod minus eſt: hoc ī ātidotis utimur etenim acrius & amarius eſt q̄ illud quod maius ſic ut ex tertio gradu ſit ſiccatiuum, ex ſecūdo uero iā cōpleto calefacientium. POSSE. uinū decoctōis eius & paſſularū ualet contra frigiditatē pectoris: & uinum decoctionis eius ualet contra dolorem ex uētoſitate & opilatioē ſplenis: & epatis & renū & contra ſtranguiriam: & diſſuriam & dolorem ſtomaci ex uentoſitate. SERA. uirtus eius ſcilicꝫ polii eſt que abſtergit & proprie illud qđ eſt minoris ſpeciei, quando deſiccatur & incarnat & aperit opilationes membrorū intrinſecorum: & prouocat urinā & mēſtrua: & curat uulnera & ulcera maligna, quando puluerizatur ſuper ea: & proprie quod eſt minoris ſpeciei quando eſt ſiccū ſed maioris ſpeciei quando eſt recens, incarnat uulnera magna & ulcera. Et ꝙndo decoctio amborū bibitur cōfert morſib9 uēnoſis & hydropiſi & hyctericie & ꝙdo bibitur cum aceto, confert apātibus ſpleīs uerum facit ſodam & eſt maluꝫ ſtomaco & relaxat uentrem: & prouocat mēſtrua. Et quādo ſternitur ſub lecto fugat aīalia uenenoſa. Et quando fit emplaſtrū cū eo, cōglutiāt uulnera huīda: & ipſū mūdificat caput: & prouocat urinam & refreāt libidinē. DYAS. elixatura eius morſibus uenenatis occurrit: hydropicis magnum preſidium eſt aceto mixtum ſpleni utilit adhibetur dolorem capitis commouet & cacoſtomaticū ē: uentrē mollit: mēſtruis īpat: res uenereas extinguit: caput purgat & urinā mouet: & ſtrato ſuppoſita lōgius arcet ſerpētes, cathaplaſmatibus adhibita uulneribꝫ paracoleſiꝫ facit: arcuato morbo ſuccurrit. GAL. poliū quia amaruꝫ & moderate acre deobſtruit omnia uiſcera & urinas & menſtrua prouocat. Et uiride quidem adhuc exiſtēs, cōſolidat magnas plagas: & maxime fructicoſa ſpecies eius,

Siccū uero factū ſanat male morigerata uulnera quando apponitur magis autem hoc efficit quod minus eſt

Bakcha .i. uacca
Bakche aliendi .i. olus iudaicum
Baklens idem quod ſupra
Bakim .i. braſil & ē bachaz
Bakinon idem quod ſupra

CAP. LXXVIII.

Alauſtia latine: gre. balauſtiō ara. lulitiar: balauſtia eſt flos mali granati caducus quem dyas. uocat quitinū cap. de malo granato frī. eſt & ſic. in. ii. gradu. SERA. li. aggre. ca. lulitiar. i. balauſtia & ē flos mali granati & ex malis grātis quedam ſunt doēſtica quedā ſilueſtria. ſed flos ſilueſtris dicitur balauſtia quarum quedā inuenitur alba quedam purpurea & quedam roſacea. AVIC. li. ii. ca. đ balauſtia. Balauſtia flos ē granati ſilueſtris pſici: aut egiptii: & ipſa quidem quandoq; eſt rubea quādoq; alba & quandoq; roſea. Et ſuci eius natura eſt ſicut ſuci barbe yrcine frī. eſt in fine prī gradus ſic. in. ii. GAL. vi. ſim. phar. cap. balauſtiuz. Balauſtiū eſt flos mali granati ſilueſtris qualis domeſtico uicinus uchementer autem ſtipticat guſtum: necnon deſiccatiue & ſtiptice uirtutis eſt: palam quoq; q̄ eſt groſſaruz partiū ſi recolam9 dicta in quarto horum monumentorum cum oſtēdebamus omē ſtiptícū terreſtre eſſe & frigidum. Nullius autem alterius ſaporis habet indiciū & ideo ponet utíq; hoc aliqs ſiccare & infrigidare nō debilit̄ ſi quidem non male oſtendebatur a nob in quarto horum monumētorum ineſſe ſtipticitatem terreſtribus & frigidis corporibus. deinde & apparentia teſtantur. Etenim ſi paratritioibus & aliis ulcerib9 id apponas citius qdē uidebis ad cicatricē procedere: hinc eſt enim q̄ in emittētib9 ſanguinem & diſinteriis adhuc ī fluxibus qui in uentre & matrice non eſt aliquis medicorum ſcribentium curatiuum negotium qui non utatur hoc pharmaco. POSSE. SERA. balauſtia incarnat & ſtringit & curat tenaſmonē: & cōſolidat ulcera īteſtinorū & cōfert ſputo ſanguis & fluxui menſtruorum: & confert ad oia ad que confert ypoquiſtidos. AVIC. Balauſtia eſt gluctinatiua: & retinet ōnē fluxum ſanguinis & generat melancoliaz & eſt bona gingiue ſanguinolente: & cōſolidat plagas & ulcera antiq̄ & alhocor et percuſſionez. pulueriza ta deſup & firmos efficit dentes motos: & prohibet fluxum ſanguinis: & ſtringit fluxum inteſtinoruz & fluxum matricis ſanguineum: loco eius ponatur cortex glandis: & caput granati.

Balanon .i. glans
Balantha ſquama piſcis quedā q̄ inuc̄itur in fronte piſcis degentis ī concha rotōda & tortuoſa cōcaua ſed nos utimur blacebiſantia que fertur a ſancto
Balath .i. glans
Bala .i. ſucus palme in q̄ dactili naſcuntur
Balas eſt cum multe placente ī oleo frixe ponuntur in patella unā ſup alīā locādo
Balauſtum .i. quercus
Balanos .i. glans: & ē etiā caſtanea

CAP. LXXIX

Alanus repſico: uel balanus mopſica: uel pigmētaria grecara. haben: latine uero ben.

Ben eſt ſemen arboris mirice: fructi9 eius ſicut auellane habentes intus medullam que exprimitur & egreditur huiditas que ingreditur in nobilibus confectionibus p oleo. Naſcitur in ethiopia & in egipto & in yndia & paleſtina. Eſt autem ben aliud quod eſt granum triangulatum album paruum ſimile cartamo: ſed maius utumq; nec ita oblonguz: quo multi uſi ſunt pro pipere albo: licet decipiantur: a quib9 exprimitur oleū dictū muſcellinū uel balaninum. Nam arabes uocant illud ſemen muſcellinum. DYAS. ſecundum trāſlationem noſtram cap. balan9 repſico .i. ben eſt ſemen arboris ſilis arbori mirice, nuces habens ab intus quas cum digitis confricaueris: humorem eiciunt q confectionibus miris & nobilibus multis miſcetur p oleo. Naſcitur uero ī ethiopia & in arabia & in locis indie. Ipſe ſucus

melior est qui est recēs & odore plenus & albus. SERA.li.agre.cap.haben auct. dyas.haben .r.granum ben & est fructus arboris similis thamariſco: & est fructus auellanis: medulla eius exprimitur ſicut amigdale & egreditur aliquid loco olei: & naſcitur hec arbor in terris hahabes: & in babilonia: & in locis arabum: & in terris paleſtine que nominantur nitrā: & melior ex eo est nouus plenus albus facilis exco-riationis. Et idem auct. gal.hec medicina defertur ad nos ex terris arabum: & pig-mētarii utun .tur ſuco medulle eius loco olei: & complexio eius est ca. IO.MES. ca.ben.Ben ē granū almahaſ9: & ei9 aliud magnū aliud paruū. Magnum autē ē i magnitudiē fructus auellane triāgulatū paruum autem est ſicut cicer: & utrunq; habet medullam unctuoſam lenē & albā ſed maius incolumius est paruo: paruum uero est malignum: magnum autē melius cuius albus est cortex planus: tenuis: & c9 medulla ē alba lenis: multe unctuoſitatis. Et quod est antiquum melius est recenti & paruum melius est ſubnigrū, declinās ad albedinē & cuius medulla ē unctuoſa alba & lenis & antiquum melius ē recēti acuto. Magnū ca.ē i prīcipio tertii ſic.i.ii. & in ipſo est huiditas ſuperflua cū acredine & est inciſiuū & mūdificatiuū, abſterſiuū, aperitiuū, opilationū: & uiſcer cōturbatiꝫ propter humiditatē ſuperfluam p̄parans ad uomitum: & minus est fortius i omni re faciens operatioēs difficiles laborioſas perducentes ad caſum uirtutis & ſudorē fri. Et ideo parui p̄hibēdas ē admīſtratio niſi in enplaſtris & fricationibus: & olei ipſius & in ungentis. Magni autē malitia corrigibilis ē: & hec ſunt corrigibilia i ipō. Nocet enī ſtomaco faciens ſubuerſionē in eo: & est laborioſe ſolutionis & tarde. Et nos quidem diximus i canoē q̄ aſſatio eius ab eo reſoluit & maturat ſuperfluam humiditatem aptam ad ſubuerſionem & nauſeam & uomitum & dimittit ei ut ſit per uentrem ſolutiuum tantū. Semen autem feniculi & aniſi cum eo rectificāt nocumentū primū & p̄prie mixta coctōi ipſius: & fiūt ex medullis eius p9 coctōeꝫ ip9 & medio pōdere ei9 ex aīgdalis dul. & melle paſſulatum forme ſicut auellane & ſunt iuuamenti magni ubi oportet.

Operatio decoctionis eius ē. Accipe ex eis integris quātitatem quam uolueris & in uolue eos in paſta & coque in cinere calido & tere contritione multa: & pone ex ſemibus & ſpeciebus aliquas: & iuolue in panno & deſuper inuolue paſtā & fac ſicut ſuperius. Oleuꝫ autē ei9 extrahitur ſicut oleū de aīgdalis. POSSE. DYAS. ex eo.ʒ i. bibita cum puſca ſplen ſiccat: cū yris illirica mixtus & in cataplaſmatibus poſitus & mulſa adhibita dolores podagricos mitigat: aceto autē mixtus lepras & maculas & puſtulas corporis tollit.

Accept9 ſolutionem uentris facilē p̄ſtat mulſe mixt9 nauſeā p̄uocat. cacoſtoātic9 est: oleum qđ ex ipſo ſemine exit acceptū uentrem mollit: coriū radicis eius ſtipticū est: expreſſus ſucus eius utilis ē ut aſpredinem & pruriginem corporis mirifice purget. SERA. Ben confert empetigini & lentiginibus que ſunt in facie & ſcabiei & pruritui & egritudī cū q̄ eleuatur cutis cum aceto. Et attenuat duriciꝫ epatis & ſplenis ſi eis ſupponatur cū aliq̄ pharātia ex deſiccantibus ſed in ſuco eius ē parum ſtipticitatis. Mouet uomitum quando bibitur ex eo cum melle: & laxat uentreꝫ laxatōe fortiori: & aufert cicatrices multū oleū eius inunctum. Cortex exterior ipſius grani adminiſtratur q̄do indigem9 ſtipticatione multa. IO.MES. Ben per uomitum & per uentrem educit flegma crudum groſſuꝫ & est medicina mirabilis ad colicam flegmaticam & uentoſam. Et etiaꝫ criſterizatur & ſupponitur: & fit ex medullis eius emplaſtrum & farina ordei & melle & ſoluit apāta dura & ſcrofulas ualet ad egritudiēs neruorū frigidas ſicut est contra ctio & ſpaſmus: calefacit enim eos & lenit duriciem eoruꝫ & nodoſitatē & emplaſtratur ſuper epar: & ſpleneꝫ & proprie cum farina lupinorum: & ſpica & confert duriciei & opilationi eorum. Ben autem puū emplaſtratur i egritudinibus predictis & est uirtuoſius: & ſimiliter ei9 oleum. Oleum autem de ben notū cōfert

ueſtigiis ulcerū & lentiginibus & feditati cutis & morfee: & diſtillatur in aurem & confert dolori eius: & ſonitui in ipſa & ſurditat .Doſis ei9 eſt a.3.5.uſq; ad.3.i.& .5.AVIC.li.ii.cap.de ben. Ben ē mūdificatiuū & proprie eius medulla: & īciſiuuz humiditatum groſſarum: & aperit cum aceto & aqua opilationes uiſcerū. Et in arbore ipſius eſt amaritudo & ſtipticitas & propter hoc ē ī ipſa uirtus cauterizatīa Et eius cortex eſt ſtipticus plus. Et oleuz ipſius non euacuatur a ſtipticitate. Et in ipſo toto eſt abſterſio & inciſio. Semen eius confert lentiginibus magnis & puis & pāno & morfee & ueſtigiis ulcerum. Et ſimiliter eius oleum, & cōfert āpātib9 duris omnibus cum ponitur ī emplaſtris & unguentis: & confert cum aceto excoriationi & ſcabiei ulcerate: & confert bothor lactee et aſahafati: et calefacit neruos: et lenificat ſpaſmum: et duriciem neruorum et proprie oleuz eius: et cōfert dolori auris et tinnitui qui eſt in ipſa cuz adipe anatis. Et decoctio radicis eius cōfert dolori dentium ſi cum ea os coluitur Et cōfert duriciei ſplenis quando bibitur cum aceto mixtum ex eo ī pondere duaꝝ .3.quādoq; etiā coniungitur cū fermento aut farina lolii et aqua alkaratin aut fariā ordei aut fariā lupini et fit ex eo ēplaſtꝝ ſpleni. Et ipſum quidem eſt malū ſtoāco faciens nauſeam. Et ſi bibatur ex ſuco eius aure9 .i.cū melle facit uomere fortit & ſoluendo educit flegma crudum cum bibitur cum melle: & ſimiliter eius oleum & ſimiliter cum ſupponitur licinīū ifuſuz in ipſo loco eius ponitur quātum ipſum ē d rubea & medietas ſui d cortice caſſie lignee: & decima ponderis eius macis.

Balanomiris — idem quod ſupra
Balanus — .i.ſuppoſitorium
Balam tephus — .i. elleborus
Balah — .i.dactili immaturi
Balch — .i.glans
Balanus ſordianos — .i.caſtanea
Balbaiati eſt genus apātis corroſiui
Balkati — eſt 'gen9 apātis
Ballariana — .i.fu
Ballanos — .i.glans

Balſamum quid eſt.l.l. ieleſſem
Balſamita menta aquatica ſiſimbriū idē
Balſamita aquatica — .i.melliſſa
Balſaton ſunt capilli qui inueniuntur in arbore balſami ut apparet in.l.ieleſſem
Balſales — .i.bulbus belbeſum & eſt balſalalzi
Baltat — .i.anax aus
Baleccara eſt animal ſile lacerte ſed uentricoſius ſatis q̄d iueītur barbarie: & ſardinie & eſt coloris lacerte.l.l. dab
bellecara — idem quod ſupra
Balfel — ſunt quidā fructus ut apparet in.l. bule
Baliren — .i.porrū greci dicūt q̄ eſt herba fructicoſa angulo ſis caulib9 nigris
Baliałmon — .i.colen & eſt fel
Baloch — .i.glans
Balanoch eſt ſpecies camfore
Ballot — .i. glans
Baltonica — .i.camomilla
Baluam — .i.faciēs mordicatōez ſtercoris
Baluiti — .i.quercus
Baluum — eſt cibarium quod fit ex tritico lacte et zuccaro
Banaich — .i.ebulus
Baraſican — .i.bdellium
Baras eſt quaſi morfea alba. ſ. que īficit carnem & cutī & in hoc differt a morfea in qua tantum imicitur cutis: unde cum pungitur morfea emanat ab ea ſanguis ī baras nunq̄ exit & eſt in eo caro imtecta uſq; ad os & eſt quaſi incurabilis
Baraſen — .i.lentigo aque
Baraſeil — idem quod ſupra
Baaral uel baſirac — .i.ſemen lucarie
Barati — .i.uernix
Baratis — .i.bara
Barachion — apoſtema
Baraſmas quid eſt.l.l xenoia
Barach kebuli eſt quoddā ſemen yndum & ſūt eius due ſpēs, q̄ꝝ una ē parua abſq; rugis & alia magna cum rugis. Et earum melior ē q̄a eradicat flegma ex iūcturis ſoluit flegma ex inteſtinis & uermes & aſcarides & in hoc eſt ualde bona & eſt cataputia

CAP. LXXX.

Ararichichene siue bazarichichen ara. grece & latine semen lini. GAL.vii.sim. phar cap.de semine lini.Semen lini ca. in primo gradu in humiditate et siccitate ē medium:& si comeditur inflat & cū toto hoc ꝙ assatur inflat quia ipsum est plenū humiditate superflua. SERA.li.aggre. auct.gal. uirtus eius est que subtiliat & prouocat urinam & menstrua & quādo bibitur aut fit cum ea emplastrū confert apātibus epatis & orificio stomaci & ipsi stoāco.sed radicis eius stipticitas ē āplior stipticitate floris:& caliditas eius ē minor caliditate ipsius & ꝓpter eius stipticitatē acquirit ꝙ admiscetur cū medicinis que administrantur ad sputum sanguinis. Et auct. dyas. SERA. flos eius ē stipticus stipticitate pauca calefactiuus maturatiuus:& est ca:quasi in primo gradu & est medium in humiditate et siccitate & secunda ei9 uirtus est,ꝙ ē mollificatīm SERA.li.aggre.cap. bararichichene. Bararichichene est mollificatiuū sedatīm dolorū & confert egritudībus īteriorībus nisi quia est minus in hoc q̄ camomilla & est medium inter laxatiuum & stipticum & āmiscetur in eo parū uirtutis ꝓuocatīe urine: & hoc qdē apparet ī eo manifeste quando comeditur assatum: & tunc est magis conueniens ad stringendū uentrē. Et dixit in libro de conseruatione saītatis, ꝙ quando semen lini decoquitur in aqua, eius decoctio est infrigiditatiua. Et idem auct. dyas,uirtus seminis lini est similis uirtuti seminis fenugreci:& q̄do admiscetur cum aqua melle & oleo & cōficitur, resoluit apāta calida & mollificat ea, siue sint interius siue exterius. Et quando fit ex eo emplastrum cum ficubus & nitro, delet pannum & pustulas albas faciei.i. papulas secundum translationem nostrā dyas.& quando conficitur cū aq̄ resoluit apāta que sūt ī radice auris & apāta dura & quando coquītur cum uino, eradicat formicam & species ulcerum que dicūtur faui. Et quando miscetur cum melle & pipere,& utitur quis eo mouet coytu3 & quando miscetur cum nasturtio q̄ntitate equali confert scissuris unguium & earū excoriationi. Et fit cum decoctione eius cristere ad mordicationem inteſtinorū & matricis & mollit uentrē quādo mulieres sedent in decoctione eius cōfert apātib9 matricis sicut fenugrecum.Et idem auc. Aben mesuay proprietas eius est & ꝙt9 ut quando fit ex ea emplastrū mixta cera & melle confert ardoribus unguium. Et idem auct. atabari si ponitur sup ungues equat inequalitates earum.Et idem auc. abugerig confert ulceribus ueſice et renū & maturat apāta q̄do fit cū eo ēplastru3 Et quando bibitur torrefactum confert tussi fri.& hu. Et idem auct. mesarugie, expellit fetum cito.Et idem auct.alcauzi non ē ei par ad expellendum cito fetum & expellendum aquam. Et idem auct. rasis sedat dolores & confert punctioīb9 inteſtinorum. Paulus cap de lino linum quando conburitur fumus eius ē subtilis Et confert corize: & suffocatōi matricis AVIC.li.ii. cap de semine lini.uirtus est ei9 proxima uirtuti fenugreci ca.in priō, cōmēsuratū ī huiditate & siccitate.Et dicitur qdē ꝙ decoctio lini ē đcoctō recētis eius in ipso enī ē humiditas superflua :est maturatiuum & abstergit & inflat ꝓpter humiditatē suā supfluā,ita ꝙ illud qđ ex eo frixum ē, hoc agit cū stipticitate que in frixo manifeste cōmensurata & in nō frixo manifesta permixta cu3 lenificatōe & est sedatiuū dolorū minus q̄ camoīlla ex ipso fit ēplastrum cum nitro & bolo & lenit pānū:& confert cōtractioī unguiū & scissuris & fracturis earum. Et quādo permiscetur cum equali mēsura nasturtii & conficitur cum melle lenit apāta calida exteriora & interiora & apā quod ē post aures cum aqua cineris & apāta dura & prohibet spasmum: & ꝓprie cōtractionē unguium cū permiscetur cū cera & melle Eius suffuīgatio confert corize & sīlīter fuīgatio ipsius lini confert tussi flegātice & proprie quod ex eo assatū.Et est malū stomaco & ē difficilis digestioīs: & pauci

nutrimenti/quod autem ex eo frixum est cōstrīgit uetrē:& nō frixū ē cōmēsuratū/ & eius prouocatio ē debilis:ſ3 cōfortatur cū assatione: & quādo iūgitur cū melle & pipere mouet coytum.Et cum decoctioē ipsius fit pessarium matrici, & sedetur in ea & iuuatur a mordicatione que est ī ipa & apātibus & siliter ī intestīs, & ex ea fit iuuamentu cum ad ulcera uesice & renu3, Et cum ex decoctione quidem semis lini fit cristere cum oleo.ro.magnificatur iuuamentum eius in ulceribus intestinoru3.

CAP. LXXXI

Ara uel hara ara.gre.cucurbīta genella uel coloquintida/ latine cucurbita. Cucurbita fri.est & hu.in cibis et medicinis cōpetit & p̄cipue semiā eius que ante maturitatē colliguntur.Semina autem ipsa diuretica sūt propter subtilitatem substantie eoru3 et precipue medicine cōpetunt. Contra calefactionem epatis rasura cucurbitarū cōteratur et sucus exprimatur et addito aceto uel agresta pannus intictus suppo-natur. Cucurbita cocta cum carnibus maxime confert colericis sanis: & estate acutissime febrientibus. Elixe cucurbite sine aliquo condimēto uel cū lacte aīgdalarum:et etiam assate cum agresta sunt cibus et mediciā. Siliter coque cucurbitā in pasta & bene dissoluatur in aqua;& ex illa aqua & zucaro fiat syrupus: optimus est acutissiē febrietibus:epaticis & ectícis/ & potest dari a principio, quia materiam digerit & purgat per urinam aliquātulū etiam laxat. Contra opilationem epatis & renū & uesice:& contra apāta pectoris ualēt semiā eius mundata si conterantur/ & in aqua ordei coquantur:& aliquātulū ablactentur & aqua ipsa colata cū zucaro mixta patientibus detur; uel ex aqua illa fiat syrupus. Et nota q̄ maiorē uirtutem habent si ablactentur semiā q̄ si coquātur ualēt similiter predictus syrup9 ī febrib9 acutis.Similiter notandum q̄ post maturitatē debet cucurbita colligi & suspendi cum seminibus ut substantia desiccetur propter congluctinositatem eius deinde cum aqua lauetur & soli exsiccetur & in loco sicco conseruetur ne ꝑpt̄ huiditatē multam corrumpatur. SERA.li.aggre. cap.hara.Hara.i.cucurbita.uirtus eius est fri. & hu.in.ii. gradu et sucus abrasionis ei9 confert dolori aurium qui accidit ab apātibus quando administratur cu3 oleo ro.similiter autem caro ipsius cucurbite quando fit emplastrum cū ea extinguit & infrigidat apāta calida: infrigidatione & extinctione cum temperamento. Et dixit cucurbita ē miōris malitie q̄ fructus estiui omnes quando bene digeritur: sed si corrumpatur & non bene digeratur et nō descēdat a stoāco cito corruptio ei9 ē mala ualde. GAL.vii.sim.phar.ca.coloqntida:coloqntida.i.cucurbita fri.& hu.ē complexionis secūdū tertium ī ambobus gradum. Vnde & rasure eius sucus ad aurium dolorem qui secundū flegmone3 confert utentibus cu3 rodino:ita uero & tota cataplasmata calidos flegmones infrigidat moderate. Est autem & cum cōmeditur mollificatiua & siticulosa. DYAS. cap.de cucurbita. Cucurbita cruda trita & cataplasmatibus adhibita papulas corporis amputat: apāti calido maximum presidium est:sucus rasure ei9 dolorem calidū auriū mitigat cū oleo ro. mixtus & auribus instillatus: & cerebro appositus estuationes infantium mitigat/ & confert apātibus calidis que fiunt in cerebro eorū: tumoribus oculorū opitulatur:podagricis maximum presidium ē. Elixa quoq; & exp̄ssa melle & nitro addita & bibita uentrem mollit. Cruda & excauata & uino impleta si sic manserit una die & nocte & postea bibatur siliter uentrem mollit. Crude & trite leniunt omnem tumorē:sucus eius dolorē dētiū mitigat si diutius in ore teneatur: sed & oleo ro. mixtus ex unctione corporis admotus febriū restrīgit ardorē.Et q̄do fit emplastrum cū rasura eius & medulla panis sup podagrā ca.aut sup heri;sipilla3 confert. Cinis aridi corticis efficaciter potest cōbusta sanare. Eūdē cinerē dici9 ab exptis uulnera ī ueretro iā ī putredie3 uersa purgare: & ad cicatricem pducere

podagre estuãti & igĩbus sacris cortices uirides subueniunt: semini sicco illa uis traditur ut in puluerẽ tunsum et ĩspersũ impleat ualnera que cauata sunt. In cibo sũpta stomacũ relaxat: bibendi desideria nõ excitat: sucus tepefactus dolori auriũ q̃ ex inflãmatione caloris fit infunditur: humectat autem et infrigidat habũdãter et ptiriasim infantium rasura depellit. cũ polenta. Hec eadem dicit sera. auct. dyas. licet sub aliis uerbis. Et idem sera. auct. aben mesuay. Sanich cucurbite confert tussi & dolori pectoris qui proueit a calliditate & abscindit sitim. Et idem auct. mesarugie, quando cucurbita inuoluitur in pasta & assatur & deinde exprimitur eius aqua & datur in potu confert fe. acutis & tussi & sedat sitim: & q̃do suitur cum zucaro, mollit uentrem mollitioẽ leiAlmansor tractatu tertio cap. de cucurbita. Cucurbita est fri. & hu. que stoãco mala existens appetitum destruit: sitim quoq; sedat: & epatis & stomaci ardorem extinguit quando in eis habundat calor.

Bar .i.anax auis

Barba ircina quid est. l. l. luthec

Barba alguf .i.elleborus

Barbachi .i.meatus inguinis

Barbatus .i.elleborus

Barbascus .i.tapsus barbassus

Barba nomen ẽ emplastri scripti ĩ antidotario uirili

Barba iouis herba herculis uel bonades. i. sticados citrinum.

Barba aaron .i.aaron

Barbaki .i. barbachi

CAP. LXXXII.

Arba siluana, est plantago aquatica, que iuxta aquas nascitur: cuius folia sũt oblõga in acutũ tendentia erecta super aquã, similia foliis plantagis nisi quia nõ sunt ei coste apparentes sicut plantagini. unde in dinamidiis scribit galien9. cap. de curis genitalium ualere ad impgnandum. Et idem dicit eodẽ libro de epilẽsia q̃ barba siluana ẽ centũneruia aquatica & poitur similiter barba siluana in antidotario.

gal. minori in quodam medicamiẽ quod incipit medicamen ad concipiendum.

Barcartartaha .i.piretrum

Barch .i.oua

Bardana quid est. l. l. lappa

Barsa auersere capillus ueneris

Bare .i.lirico

Barce idem quod supra

Barceosan .i.capillus ueneris

Barseosen idem quod supra

Barinium .i.affodillus

Barchim .i.lippari & est nomen loci

Barzi .i.dulb

Barocho .i.melissa

Barochion .i.butracion

Barcora quid est. l. l. ostracorum

Bargol .i. adiantum siue pollitricon.

Baruli .i. barulios: & sunt macule que fiunt ĩ facie, & maxiẽ ifantiũ propter coẽstionẽ panis comesti a mure.

Barulos idem quod supra

Baruc pfimithium

Basale .i. cepulla

Basara .i.semen.

Basaraguira .i.semen urtice

Basarachete .i. semen melonis

Basara gergir .i.semen eruce

Basara alisigemti .i.semen maratri

Basara catona .i.semen psillii

Basara thethimi .i.semẽ malue maioris & est bismalua.

Basara alcobeth .i.semen malue ortulane uel minoris

Basara achiro .i.semen urtice

Basara curcuneri. i. semen carui siluestris.

Basara ataba .i.semen trifolii

Basara alcoraf .i.semen folii

Basara albangi .i.semen iusquiami.

Basara alcas .i.semen lactuce

Basara fasagenchese. i. trifolium.

Basara sadal .i.semen sinapis

Basara alcomaeh .i.semen lapatii

Basara lisen .i.lingua agni

Basara arasien .i.semen nasturtii

Basara sebez .i.semen aneti

Basara albasal .i.semen cepulle

Basara alchiten .i.semen lini

Basara neriges .i.narcisus

Baſac .i.ſaliua hominis ieiuni
Baſalas .i.gentiana

CAP. LXXXIII.

Aſal.ara.gre.bulb9:lati.uero cepe.DYAS.ca.bulbus.Ei9 ſpēs ſūt due:una ē que habet ruffum bulbū quī bon9 eſt ex terra pīguī eſt & collectus euſtoāticus.Alia eſt ſpēs bulbi plus iſto euſtoāticus. Omnes enim bulbi calidi & uiſcidi ſunt cōmeſti erigūt linguam & fauces exaſperant ſtomacuz inflant:cataplaſmatibus adhibīti laxatiōnib9 & doloribꝰ iūcturarū & podagricis maximū preſtant effectum:corpori īfixa euocāt ſoli & melle addito id facere poſſūt,tumores hydropicis bulb9 impoſitus ſpergit:canīs morſibus ſubuenit: addito melle ſtoāci dolorē cōpeſcit: & furfures & acoras nitro addito purgat:līuores & maculas tollīt medio oui addīto: & aceto & melle lentigīnes corporis emendat:cōquaſſationibus aurium & unguium cum polenta bene adhibetur: coctus in cinere calido & polenta addita &capitibus minorum piſciū nigris cicatricibus reddūt colorez:& maculas nigras aceto & altīoīo mixto nefelin tollent : cocti & cōmeſti dolorē lateris cōpeſcunt:ſed nō multuz comedendi ſunt:quia neruis contrarii ſūt & ſiccatiue uirtutis. GAL.vii.ſim.phar. cap.de cepa. Cepe ex quarto gradu eſt calefactiuum:ſubſtātia uero eius groſſaꝝ partium eſt magis:unde emoroydas apit appoſita aut cū aceto illīnita in ſole alfos abītergit : & fricata in allopitiis citius q̄ altioniuz prouocat capillos:ſi uero ſepauerīt quis ſucum eius totum quantum ē reſiduū,ſufficiens eſt terreſtris ſubſtātie. Ipſe autem ſucus aquoſe & aeree ē caliditatis,ita autē & ſuffoſos & abliopinatos pre groſſitie humorum iuuat unctus.Ex huiuſmodī autem complexioē tota cepa inflatiua eſt cōmeſta: & propterea q̄cūq; ſicciora ſunt cōplexione minus uentoſa. Hoc idem dicit dyas. in vi.cap.bulbus. Bulbus comeſtiuus,frigidior eſt bulbo uomitiuo & groſſi,necnon uiſcoſi huōris eſt generatiuus.Nam difficile digeſtibilis ē & inflatiuus & libīdinoſus.ſupplaſmat9 autem eo q̄ amaritudīs atq; ſtipticitatis particeps eſt,abſterſiuus & ſolidatiuus efficitur & ſiccatiuus.Oſtenſum eſt enīz q̄ amarus quidem ſapor in abſterſiuis ſubſtantiis eſt:ſtipticitas uero ī ſolidatiuis ſiccitas uero eſt in utraq; . Et idem in li. de cibis.Cepa calefacit corp9 & ſubtiliat in ipſo groſſos huōres et incidit uiſcoſos Cruda et cocta pauciſſimum dat corpori nutrīmentum:nocet colericis:ſed hiis qui flegmaticum humorem aut crudū groſſū & uiſcoſum collectuz habuerint ydonea talia eduliorum ſunt. SERA.li. aggre. auct. dyas.capitulo baſal,longe ex cepis ſūt acutiores q̄ rotonde et plus ſtiptice: Et ille que ſūt rubei coloris ſūt acutiores q̄ albe :et ſicce q̄ recētes:et crude q̄ aſſate & q̄ preparate cum ſale & aceto & cepe quidem mordīcat & gērat uentoſitatem & ſubtiliat humiditatē:facit ſitim: mollit uentrē:quando autē uolumus admīſtrare cepe auferīmus cortices exteriores & interiora eius & fit ex eis ſuppoſitoriū.Et quando ex ſucco eius fit cohol cuz melle confert debilitati uiſus & ulceribus que fiunt īn oculo & principio deſcēſus aque ad ipſū & admiſcetur in caput,purgiis & mundificat caput & ponitur in medicinis ſquinantie:& adminiſtratur emplaſtrum ex eius aqua ſale & ruta ad morſum caīs rabīdi. Et quando miſcetur cum tuthia ſedat pruritum oculi quī fit a flegmate ſalſo. Et quando miſcetur cū ſale,aufert uerrucas.Et mixtū cū adipe galliē aufert callos qui fiunt ī pedibus propter calciamenta.Et quando diſtillatur ex ſuco eius in aurē cōfert debilitaci auditus & tynnitui eius & aque que deſcendit ad eam.Et quando miſcetur cum eo ſpuma maris & fricatur cum eis alopitia multiplicat & auget capillos:uſus quidem eius in cibo inducit ſodam nimius q; uſus eius īducit egritudinem galargas.i.litargiam & facit dormire quando comeditur aperiit etiā orificia uenarum que ſunt in ano quādo applicatur in loco & prouocat menſtrua & quando diſſoluitur in aceto & linitur ī morfea in ſole aufert eam. Et quando

linitur cū eo allopitia facit ī ea oriri pilos citius q̄ ſpuma maris. Et q̄ndo cōmeditur generat uentoſitatem propter huīditatez que eſt in ea. Plinius cap. cepe. Cepe uirtutem habet inciſiuam & oblonga plꝰ eſt ſtiptica q̄ rotonda & que colorē rufū habent q̄ ille que album. Sicce autez uiſcidiores ſunt q̄ uirides: & crude plus uiſcide q̄ cocte. Cōmeſte inflationes preſtant: faſtidium tollunt: ſitim ꝓuocāt & tollunt oris fetorem: euſtomatice ſunt emoroydas impoſite prohibent: ſucus eiꝰ immiſſus naribus caput purgat: morſibus caninis occurrit melle & ruta & ſale addito. cum ſepo gallinaceo aurium dolorē & ſuperfluos ſonos cōpeſcit: & ad ulcerationes etiam aurium prodeſt. Cruda uero fricata alopitias emendat cū altioīo fricata cremēta capilloruz preſtat: puluis eius cōmeſtus dolorem capitis remouet ſucus eius optime caput purgat: naribus attractus colericis contrarie flegmaticis utiles ſunt.

CAP. LXXXIIII.

Chromonos .i.annus, & ē tēpus
menſurans ſpatium unius anni,
Chrotofion gre.latine tardus, uel ātiq? dolor capitis uel temporum ac frontis,
Crocodileon .i.caēleonta nigra,
Cloron .i.uiride/
Clobaſis .i.anagallus?
Clogias .i.lanceola, & ē ſpēs
plantaginis.
Cromineon .i.cepa canina.
Cronopos .i.mala citonia.
Crodia .i.capita papaueris/
Crotu .i.ſemen.
Cromon .i.cepa.
Crocus affricanus .i.cartamus.
Crocus ortulanus .i.cartamus/
Crocus ortenſis idem/
Crocus ſimpliciter prolatus quid eſt .i.i. iamfaram.
Crocus romanus idem.

Crocus orientalis/ idem
Crocoma .i.fex olei ā croco
.i.i.oleum de croco,
Crotona .i.ſiſamus agreſtis/
& eſt cataputia maior.
Crocodillus grece/et latine ara.tinſa/& ē a colore croceo dictus: animal degens in nylo flumiē degēs ſimile ī figura lacerte, niſi quia ſecūdū ſe eſt breuius, aliquādo in terra paſcitur, uitulum rapit matri ſi reperit: portatq; ipſum in flumine: ſolum inter animalia mandubulam ſuperiorem mouet inferiore fixa manente/ab auicēna uocatur tinſa ſecundo canone.
Crom quid ſunt.i.i. habelzelím.
Cromanos .i.pix arboris pini.

CAP. C.LXXXXI.

Crocus ferri ſic fit/ſecundū bulcaſim libro q̄ dicitur ſeruitor tranſlato a ſymone de ianua. Accipe de elimatura ferri quantum uis: & pone ī lamiā ferrea, & ſuffla cum folle quouſq; calefiat lamiā & limaturam, pone ī mortario ferreo. ita calidam: & tere bene et iterum repone ī lamina & pone ſuper ignem & exſuffla ſecundo, donec calefiat ut prius feciſti: & fatias ita deties uel āplius/quia quāto pl? feceris tāto melius: quando ergo cōuerſū fuerit in colore croci, ſi adherebit alicui rei color eius nō ſeperabitur, & iuuamētum eius eſt/q̄ qui depilauerit pilum ſuperfluum uel male generatum in palpebra/ & poſuerit ſuper locum a quo euulſus eſt de limatura ſic p̄parata/ſepe, phibebit ortum eius & ſunt quidam qui ponunt ī unguentis, quando uolunt exſiccationem eorum fortē, & ſunt qui utuntur ea ſola & qui proiciunt eam ſuper ulcus huīdū, cuius ſanatio eſt difficilis: & exſiccat ipſum.
Crocus permixtus .i.crocomagna.

CAP. C.LXXXXII.

Rocomagna eſt fex olei de croco ſecundum quoſdā: ſed aliter dyas.et ſera.dicunt:eſt nāq; confectio ī antidotario ſcripta,que recipitur ī diarūdine & ī aliis confectionib9 & ſūt ei diuerſe cōpoſitiones quas deſcribit ſera.cap.d diarūdine dicens,q; quādo inueītur crocus ꝓmixtus, eſt intelligēdū de hac confectione dyas. ſimiliter deſcribit ipſum ut patet ī ꝓprio cap.dicens crocomagna fit ex pretioſis aromatibus crocinis unguēti,et eſt quaſi gleba lata & oblonga,cuius eſt optimum atq; probabile/quod croci habet colorez mediocriter,mirre referens qualitatem, Eſt autem lene & amarum,dentes atq; linguā uehementer infitiens,uires quoq; ipſas q̄as crocus habet repreſentat:nam hic leuiter ſtringit:plures enī ī cōpoſitioē propter p̄tii diſtantiaz/pro crocomagna crocuz mittunt.

Crocoma	idem quod ſupra/
Cuaſab	.i.q̄ ī flexuris ꝓp̄ ſudorem fiunt.
Cuas	.i.pruna.
Cuaſi	idem/
Cuelia	.i.ualeriana/
Cue	.i.rapella.
Cueſos	.i.polium
Cuiclichion	.i.perclichion/et eſt paritaria.

CAP. C.LXXXXIII.

Vi ara.grece ſica,latine ficus/
SERA .li.aggre.cap. cui auct.gal. ſūt ex eis ſilueſtres/ domeſtice et montane. Et ex domeſticis quedā ſunt recentes quedā non:ſed ſunt ſicce:& recentium uirtus ē debilis/propter hoc qđ admiſcetur eis de huīditate:& ſicce ſunt melioreset maxiē carnoſe. Et ille in quibus eſt acuitas et punctio/abſtergunt magis & reſoluūt, & habent in ſe humiditatem ſubtilem: Et uirtus ficuum eſt ca.in fine primi gradus, & ſicca in principio ſecundi gradus: & ſecunda eius uirtus ē que maturat et reſoluit. Et alia ē que reſoluit apāta/quādo miſcetur cūfarina ordei aut cū medulla panisfrumenti:& aqua in qua coquūtur ficus decoctione multa/eſt ſimilis melli ī uirtute ſua: & recentes quidem et ſicce laxant uentrem.Et uirtus ſilueſtrium eſt attractiua et reſolutiā: & ita ē ī doēſticis anteq̄ maturantur,quoniā eſt in eis aliqd lactis ex arbore:& arboris ficuū doēſticarū,uirtus eſt ca.et ſubtilis & lac eius et ſucus foliorum ipſius calefatiunt calefactione forti,et mordicant et ulcerant corpus et aperiunt orifitia uenenarū que ſunt in ano:& euellunt uerrucas et laxāt uentrem. Sed in arbore ficuū ſilueſtriū/ eſt de caliditate et ſubtilitate tantū/q; ſi coquantur cum carne bouīā dura,fatiūt illam decoquí, & eſt fortior in omnibus predictis q̄ domeſtica.Sed montanarum ficuum arboris,ſapor eſt acutus & pūgēs & abſtergens/ & quando fit emplaſtrum cum ramis eius ſuper uerrucas q̄ dicūtur capita clauorum aperit eas: & ita eſt de lacte eius.ſ.quando fit unguentum ex eo/ & quando fit medicamētū ex eo et melle abſtergit maculam oculi groſſam : & eſt conueniens obſcuritati uiſus et deſcenſui aque ad oculū que fit ab huōrib9 groſſis multum/ Et cineres quidem ficuum et glandium,& lacticiniorum ſunt meliores cineres ad abſtergēdū . Et idē auct.dyas. q̄ ex ficubus ſūt recentes et mature/ſūt male ſtomaco et laxant uentrem/& q̄ndo inducunt fluxū uentris ē leuis abſterſiois/ & prouocant ſudorē et abſcindunt ſitim, & ſedant caliditatem:ſed ſicce ſunt cibus, & inducunt ſitim et molliunt uentrē: et non ſunt cōuenientes curſui humorū ad inteſtina et anum:& ipſe ſūt conueientes gutturi et canne pulmoīs,et ueſice et renibus et aſmaticis/ et diſcoloratis ꝓpter aliquas egritudines antiquas et epilēticis & ipſi coquūtur cū yſopo/et bibitur earū decoctio/et purgat pectus a ſuperfluitatib9, et confert tuſſi antique et dolori ātiquo pulmonis/& quando teruntur cū cartaō, laxant uentrem et confitiuntur cū nitro & farina cuz aceto et ſale/et fit inde emplaſtrum replet ulcera humida/que ſunt in capite et confert ſyre/et liniuntur etiā

cum eo ſciſſuras palpebrarum/et confert & quando coquuntur in aqua mellis, et fit cum illa decoctioē gargariſma, cōfert apātibus gutturis et aigdalarū et ſqnātie, Eſt enim ualde utilis medicina & ſūt cōuenientes emplaſtris & quādo coquūtur cum fenugręco in aqua or. & fiunt in ea ſeſſiones/confert duritiebus matricis: & quando terunt cū ruta/et fit īde criſtere, confert tortionib⁹, Emplaſtrum enim quod fit ex eis/eſt mollificatiuū et reſolutiuum, & quando fit emplaſtrum cum eis, et yreos nitro et aloe poſtq̄ fuerint ḋcocte et trite cū eis maturāt apāta dura & clauos/et apāta que fiunt in radice auriū: & quando terūtur crude et miſcētur cum calce et nitro/et fit inde emplaſtruz, reſoluit apāta dura et humores qui fluxerunt a membris/& quando teruntur et miſcentur cum calcanto/cōferūt ſciſſuris aurium: & quando coquūtur cum uiō et teruntur/et miſcentur cum farina ordei et abſinthio/et fit inde emplaſtrum ſup uentrē hydropicorū, facit illū detuēſcere & quando teruntur et miſcētur ī ceroto, conferunt cōbuſtionibus ignis: & excoriationibus calcaneorū: & q̄do coquūtur cum ſynapi et proicitur decoctio earum in aurē confert tinnitui ipſius et pruritui eius: & quando coquuntur cū fenugręco, et miſcentur cum eadem decoctione, et liniuntur ſup empetiginē/et alias maculas que fiunt in cute confert Et ficus ſunt difficilis digeſtionis & molliunt uentrez & habent uirtutem mollificandi omnes durities: & folia arboruz cuius fructus ē niger, quando fit emplaſtrū cū eis cōfert morphee; ficus autem īmature cū melle conferunt morſibus canis rabidi/et ulceribus a quibus emanat ſanies ſimilis melli et quādo miſcentur cū eis folia papaueris, extrahunt oſſa fracta/et quādo miſcetur cum eis uinum reſoluit clauos: & quādo fit ēplaſtrū cū eis et orobo et uino, cōfert morſui mugali; ſed agreſtis ficus folia quādo fit cum eis emplaſtrum et ſale et aceto, aufert furfures capitis et apāta q̄ fiūt in cute capitis et que dicūtur acoras, & quando fricantur palpebre cum foliis ipſis auferunt aſperitates et pruritum et ſcabiē ipſorū: & lac qđ emanat ex arbore eius, quando linitur ſuper morſū ſerpētū et uermium uenenoſorum, cōfert multū et confert formice/et nō ſinit eā dilatari in carne quando linitur, ea circumquaq; et maxiē ſi admiſcetur ei pinguedo porci. Et quādo ponitur ī ēplaſtris cōueiētibus, cōfert ſcabiei ulceroſe ēpetigī et maculis que fiunt ab humoribus/et podagre. Et extrahitur ſucus ex ſūmitatibus eius/q̄do accipiūtur in principio/uerum dū appent molles et plene huīditate/et anteq̄ icipiāt emittere germiā, et teruntur et exprītur ſucus ab eis et ſiccatur et reponitur. Et facit ea que de lacte diximus/& uirtus eius eſt que coagulat lac, quando ē liqdū, et diſſoluit coagulatum et ſūmitates eius/ quando incipiunt dare lac laxant uentrē ſimiliter lac eorum & cinis ramorum eiz, quando fit lixiuium cū eo, ualz diſinterie facto cum eo criſteri: & quando lauātur ſepe ulcera cum eo diſſoluit et corrodit durities ipſorū/et abſtergit concauitates eorum: & quando infunditur ſpongia, et ipſa imponitur ſuper ulcera cancroſa ſāt/ ea: Et quando datur ī potu illi qui ſūpſit medicinam uenenoſam uel potionē confert/et quādo miſcetur cum oleo/et līt cum eo corpus prouocat ſudorem. Et hoc idez fatiunt alii cineres, et maxiē arboris glandium: ſed ficus īmature/ſcilicet quādo cadūt de arbore ſi fiat ex eis emplaſtrum crudis cum farina frumenti et nitro confert formice: & q̄do fit ēplaſtruz cum eis decoctis ſup nodationes neruoz & ſuper ſcrofulas diſſoluit eas & quando fit ſuper morſuram uenenoſam attrahit uenenum ad ſuperfitiem cutis. GAL. viii. ſim. phar. cap. ſica ſecūdū trāſlationē grecam. Sica. i. ficus ſicce quidem calide ſunt uirtute in primo gradu iam cōpleto, uel ſecundo incipiente: habent autē quid ſubtile in partibus: Ex ambobus igitur hiis ſuffitiunt duros tumores digerere, mox autem dyaforant. Et ipſe quidem proprie per ſe cataplāte talis ſūt uirtutis, oportet autē ubi magis digere uis triticeā farinam miſcere. Si uero diaforare

ordeaceam:panis autem in medio eorum
eſt,ſed q̄ talia methodi que de cōpſitioē
pharmacorum/et terapentice ſunt magis
propria.Ad preſens uero ſufficit, et hoc
noſcere de ficubus: ſicce etiam quando
piguiores magis digerere:acriores uero ī
guſtu abſtergere et diaforare nate ſunt/
quod uero fit multum eis coctis in aqua
ſimile eſt non ea conſiſtentia ſolum : ſed
et uirtute mellis;Recentes uero comeſte
ꝓpter admixtionē huiditatis ibecilliores
uirtutis ſunt,uentrem tamen ſubducunt
ſcilicet humide et ſicce:ficulnearum uero
ſilueſtrium ficus acris eſt et diaforetice
uirtutis;ita autem et domeſticarum fi-
culnearum. Olinthi.i.ficus parue non
mature ꝓticipāt ad huc opos.i. lacticinio
ficulnee. Siki.i.ficulnea ca. et ſubtilium
partium complexionis ē,ſicut et opos.eiꝰ
indicat et foliorum ſuccus.fortiter enim
alterutrum eorum eſt calidum: unde nō
mordet ſolum uel abſtergit uehementer,
ſed etiaꝫ ulcerat uel anoſtomizat et uer-
rucas extrahit: Eſt etiam purgatiuum,
Silueſtris autem ficulnee palam ita ſunt
calide et ſubtilium pārtium complexione,
ut bouinis carnibus duris ſi miſceantur
liquabiles eas faciant. GAL .ii. de
cibis cap/ de ficubus domeſticis. Adſunt
autem ipſis ſecundū uentrem fluxibiles
eſſe/et pertranſire de facili ꝓ totū corpus/
et etiā abſterſiuum habere:& etiā ſecūdū
q̄ arenoſa quedam multa nefreticis ī eſu
ipſarū ſecernuntur,paucū q̄ dāt corpori
nutrimentum et non forte,ſed ſpōgioſā
faciunt carnem ſicut faba:implent.quoq̄
uentrem uentoſitate:& eſſent utiq̄ ſatis
grauantes ſi non ſecederēt uelociter,ūde
bene matura ficus ueīt,ppe ad nō totalit̄
ledere cōſideratur,exiſtēs iā ſiccis ficubꝰ.
Nam ficus ſicce/uirtutē habent ſubtilia-
tiuam,et inciſiuaꝫ propter quaꝫ et uētrē
ad egeſtionem excitāt: & renes expurgāt
epati autē et ſplei flegmonātibus nociue
cōmuni ratione omniū dulcium uirides
autē non ualde generant ſanguinē bonuꝫ
habundantibus autē ipſis ſequitur ipſos
pediculorum multitudo: ficus quoq̄ et
uue opere quaſi capitales ſunt. Etenim
nutriunt magis fructibus ōibus horariis/
& minime ſunt cachochimi,& maxime
quando fuerint fructus hii bene maturi.
q̄ autem multū nutriant oſtēdūt cuſto-
dientes uineas, qui in duobus menſibus
impinguantur,non tamen fortis et com-
paſta eſt eis caro generata,ſicut que ex
carnibus,ſed laxa et rara propter quod
celeriter cōtrahitur ceſſante edulio,minꝰ
autem ficubus uue nutriunt,et maximū
in eis bonum eſt celeriter ſecedere/ꝓpter
quod et ſi retineātur aliquando ſatis le-
dunt non exiſtentibus maturis ficubus.
Si enim non ſecedant,ficus notabiliter
Digerātur autē in uētre bene nō nociuū
dant corpori alimentum,uuis aūt neutꝝ
horum exiſtit neq̄ cum digeruntur bene
neq̄ ſi retineantur,et ſecundum eam que
ad uentrem et epar diſtributionē cruduꝫ
generant chimū,non facile, conuertibile
in ſanguinem:& racemorum quidē ſubā
compoſita eſt ex eo q̄ continetur ſecūdū
ipſam humiditatem ex qua uinum fit.
Et cum hiis adhuc ex acimis,et ex eo qđ
continet hec extrinſecus ymenodea cute
que nihil ſecundum ſuiipſius ſenſibiliter
alterata conſideratur hiis que in ficubus,
& ideo aliquidq̄ inutile remouent ipſum,
ſumentes totum qđ intus kenkiamitibꝰ
proportionabile enī eſt utrorūq̄ fructuū,
q̄ ſemen penetrans eſt intranſmutatum.
Almanſor tractatu tertio cap.de ficubꝰ
ficus ca.ſunt que cū ſunt recētes: uētrem
inflant,et leniunt humorem creantes nō
malum.Sicce uero non multum nutriūt
et calefaciunt,quare multus uſus earum
pruritum et pediculos generant,uentreꝫ
quoq̄ leniunt quando ante cibū ſumūtur.
AVIC. li.ii.cap. de ficubus: ex ficubus
melior eſt alba,deīde rubea, deinde nigra.
Et que uehemēter eſt matura,eſt melior
& proxima adhoc ut non noceat: & ſicca
quidem in ſuis operationibus ē laudabilis/
uerum tamen ſanguis ex ea gēratus non
eſt bonus: & ꝓpter hoc facit pedicu-
los: uerum ſi ſuātur cū nuce eius chimus
ſit bonus et cū amigdala: & leuior oībus
eſt alba,illa que eſt humida ē ca,parūper/
& que eſt humida eſt plurime aqueitatis/

& parum est medicinalis q̄ uero īmatura est abstersiua ad frigiditatē parū declinās nisi lac eius & que sicca est ca.ī primo. et in fine ipsius et subtilis et que sicca ē et proprie acris fortis, est abstersionis maturatiua:resolutiua et carnosa est plīme maturatōis: & in ipsa sunt gluctinatio et incisio et subtiliatio:& siluestris ē acutior et fortior in hoc et fructus quidem eius nutribilior est relíquis fructibus: & que uehementis est maturationis propinqua est ad hoc ut non noceat: & in ipsa est īflatio et expellit superfluitates ad cutim et facit sudare:& secundum q̄ estiō sicca siliter expellit ad exteriora et facit sudare & illa quidem que est humida uelocis est nutrimenti et penetrationis in stomaco et in corpore:nutrimentū uero ficus licȝ non existat in robore nutrimenti carnis et granorū,tamē uehementioris ē roboris q̄ nutrimentum omnium fructuū : ysaac in dietis particularibus cap.de ficubus.

Ficus ceteris fructibus laudabilior ac nutribilior, huiditatis tamē sue causa grossos creat humores:natura eiꝰ ca. ē et sic. q̄litates aūt caliditate et siccitate diuerse sunt, & secundum suiipsius diuersitates. Est enim ficus domestica et siluatica. Domestica etiam in uiridȝ diuiditur et siccam: uiridis quoq; duplex est modus quoniam quedam est perfecte matura & non perfecte matura:non pfecte matura minus ca.et magis grossa,ppter domiationē terrestris partis: hēt tamē huiditates latentes,que acuitatē ei p̄stāt et siccitatē in secundo. Vnde ypo.ficus quāto lōgiquior est a maturitate tanto minus ca.et magis grossa : ualet hec secūdū medicinā cocta et cataplāte fcō scrofulas glādulas q̄ dissoluit,nitro et aceto coīxta pustulis in capite,ualet mixta cuȝ melle ad morsū canis,et pustulas q̄ uiscosos hēnt huōres papaueris agrestis frondibus mixta ossa fracta ex uulneribus proicit. Item cera adhibita & appositā dissoluit. Si pista in uunleribꝰ appoātur,sāt pfecte maturata, uiridis autem ficus sicca est minus ca. Calor enim eius est in medio prī gradus, humiditas uero et siccitas in ipsa tēpata sunt.Ex trium itaq; rerum compositione consistit corticis uidelicet,semis et carnis seminis nutrimentum est nullum et ē de natura arene uel lapidis. Cortex uero ficus ut cutis est propterea durissimus ē ad digereduȝ. Caro autē eius nutribilior, digestibilior q; existit. Super hoc dyas. calorem inquit extinguit: sitim aufert et sudorem prouocat. Sicca uero est ca.in initio secūdi gradus,sicca in medio primi, ḡobrem calefacit et sitim creat,et in colericos mutatur humores. Ceteris uero fructibus nutribilior: minus q; inflatiōis habet,sed si superfluos ī stoāco humores inueniat,dura fit ad digerendū & in corruptionē mutatur, et inflationē et uētositatem generat et pessimum sanguīnem In superfitie autem corporis pediculos creat.Si autem mundificatis humoribus stomacus uacuus ab hiis reperiatur, bene digeritur, et sanguinem laudabilem facit, corpus mūdificat a malis huōribus:urinā prouocat pectus q; purificat & pulmonē renes at q; uesicam ab humoribus grossis, non tamen inflationis uentositatis q; liba est Qui uero eius nocumenta omnino deuitare uult ieiunus accipiat, et post illā calamētū māducet aut ameos aut ysopuȝ piper uel zinziber et silīa. Et colericus post illaȝ oxizacaram accipiat,q maioris etiam nutrimenti causa uelit accipere, et ut sanguinem laudabiliorem gēret nuces uel amigdalas manducet.Item ualet si cū ysopo coquatur:pectus enim et pulmonē mūdificat tussī diuturnā curat,gargarismate facto cum apozimate in cānalibus pulmonis appositā dissoluit & in lacertis que sunt in latere lingue et cocta cū uiō Si cristere fiat ualet ad dolorem uentris qui ex grossis est humoribus. Rursus cocta cū ordeo et fenugreco et cataplāte facto apāta dissoluit, pistate ac synapi cōmixte, apozima ad tynnitum aurium ualet. DYAS.cap.d ficubus Ficus lacriā siue sucus,ficus instillatus uexationibus, uel percussuris serpentū aptissimus ap,probatur: & mirmiceis circūlinitus medetur. Empetigiēs & lepras et lacrimas effelidas, & podagrā admixtus cataplātibus, curat,

nō autem aliter ſucus fit q̄ concuſſis atq; expreſſis molliorib⁹ ramis tempore quo fecunditate infuſa grauidi uidentur, ſed necdum in oculos germinum erūpentes: hic ſucus in umbra ſiccandus eſt, et ſic reponendus: Ex ipſo autem lac limpidū coagulatur: & coagulatum reſoluitur.
Cinis autem exuſtorum admixtus aque ſuſcepto liq̄mine diſintericis iniectione medetur, et caloſos ulcerum ſinus ſpōgiis q; ex ipſo madefactis et appoſitis cācrene medentur. Item ueneno temptatis, potui datur cum oleo mixtus et unct⁹ ſudores mouet, hoc et ceteri preſtant cineres, ſed magis q̄rcīnus caducī autē fructus crudi medentur mirmiceis, cataplāte impoſiti cum farina atq; nitro: cocti autē inuerſiones neruorum atq; ſcrofas emolliunt. ueneā etiā ad ſuperfitiē corporis euocāt. ficus uero mature ſi cōmeſte fuerīt ſpiritum conturbāt: uētrē deponūt, feruorē nutriūt: ſitī prohibent: unde ficus molles cacoſtomatice ſunt, q; ſi uentrē ſoluerint difficile abſtinere poterūt, ſudorē ,puocāt exantimata compeſcunt. Sicce uero que carice uocantur ſtomaco utiles ſunt: & termantice: ſitim excitant: reumatiſmo ſtomaci et uentris contrarie ſunt arteriis et gule et ueſice et renibus proſunt: cum aqua mulſe decocte et gargariſmate adhibite arteriarum & fautium tumorem compeſcunt: unde optimum gargariſma eſt et aſmaticis confert & eis q ex macronoxia colorē pallidū hēnt. Epilēticis & hydropicis ſuccurrūt cocte cu3 yſopo & careno ieiuno potui date thoraciferūt auxilium: tuſſientibus antiqtus ſubueniūt, & pulmoīs cauſas temporales opitulātur & remouent.

Cuulb	.i. culb.
Cuulbi	idem
Cuuliſſon	.i. centaurea.
Cuufar	.i. abrotanum.
Cubeze & eſt altea.	ē ſpēs malue ſilurīs
Cubeizon	.i. palma xpi.
Cubebe	quid eſt .l.l. kubebe.
Cubigi	.i. perdix.
Cubruſic	eſt nomen loci.
Cubruſaiden	.i. pentafilon.
Cuckaminos	.i. ciclamen.
Cuclaminos	idem.
Cuclanaria	.i. cimbalaria.
Cuconiones	.i. ramūculi uirides.
Cucurbita agreſtis	.i. briona.
Cucurbitinus	idem.
Cucumer aſininus quid ē	.l.l. refo.
Cucules	.i. ſtagnum.
Cucurbita	.i. cocoza et ē bara.

CAP. C.LXXXXIIII.

Vcumeres latine ara. cakiar. Vbi ſciendum, q; cucumeres ſunt melones indi ſecundum quoſdam: ſed meſue cap. de cucumere aſinino uidetur dicere, q; ſunt citrulli. Sed aliq dicūt, q; cucumeres ſūt fructus ſicut citrulli oblongi, tamē nunq̄ citrineſcunt; & habent follas ita diſtictas ſicut melones & cum maturantur habēt parum dulcedinis & ſunt inſipidi, qđ & ego concedo. Vnde cucumeres non ſunt melones indi: quia auic. q̄rto canone. cap. de cura tertiane pure, ponit melonem indum & cucumerem ergo non ſūt idem. SERA. ſic dicit ſicut apparet in .l. dulaſa: ſimiliter cucuēres non ſūt citrulli ſicut apparet in .l. citrull9. Et etiam ſera. dicit auct. gal. q; citrullus frigidior eſt cucumere, ergo cucumeres nō ſūt citrulli ꝓterea in predicta .l. ſera. auct. abix aqua cucumeris & citrulli confert inflāmatōi & cetera, ergo non ſunt idem. SERA. li. agg. cap. rachera auct. gal. Cucumeris ſubſtantia eſt groſſa, dura digeſtioni & generat chimum malum paratum corruptioni q̄uis melō ſit citius corruptibilis. Et uirtus eius eſt q̄ infrigidat et huēctat in .ii. gradu & mollit uentrem & ,puocat urinam. Et quando ſumītur cum rob aut cū lacte, confert ulceribus ueſice, et ſedat inflāmationem ſtomaci & ſitim, quando cōmeditur & ſedat ſincopiz ex caliditate & confert ei ex proprietate quam habet. Et idem auct. abix aqua citrulli confert inflāmationi ſe. & ſedat ſitī & laxat uētrē laxatione bona ſine nocumento aliquo &

debet buliri cum zucaro albo. Et non opotter, ꝙ detur habētibus naturā durā nimis ad mouendum, quia illa non habet uirtutem tantam, ꝙ laxet naturam durā. Et si ipsa fecerit morā in stoāco, forsitan inducit laborē et nocumentū & iflatioēs. Rabymoyses auct. gal. Cucumeres et pepones si cito non digerantur, sūt ueneā mortifera. GAL. viii. sim. phar. ca. sikinis uidetur dicere, ꝙ cucuēr dicatur de popone et cucumere iam dicto, nam dicit sikinis .i. cucumer esibilis, q quidē pepon ē subtilioris substantie, qui uero non ē talis grossioris est substātie, ac etiam absterstā & incisiua participat uirtute: unde diuretica sunt et splendidum reddunt corpus, & maxime si siccauerit quis semē, deinde incidens et cribrās lenire fatiunt: doīatur autem in eis frigida et humida cōplexio, non tamē fortiter, sed in .ii. gradu locatur. Si uero quis semen siccauerit, uel radicez non adhuc humide nature erit. Sed iam siccantium in primo quasi gradu uel .ii. incipiente. Est autem & absterstio in his plus q̄ in carne fructus.

Cucumer agrestis .i. cucumer, siluris, unde fit elacteriū, et est cucumer asinin?
Cucumer eraticus idem.
Cucumer indus idem.
Cucurbita alexandrina .i. coloquintida.
Cucurbita deserti idem.
Cucurbitinus .i. cucurbita agrestis.
Cudibion .i. bugolssa.
Cudilion idem.
Cudiblos .i. lingue canis.

CAP. C.LXXXXV.

Vfa ara. latine uero citonia. GAL. .ii. de cibis. Mala ipsa non sunt habētia unā naturā, quod est quia quedam ex eis sunt dulcia, quedam pontica, & quedam stiptica, & q̄dā acetosa, & quedā insipida. & in dulcibus est subā aquosa temperata, & pontica uincit in eis frigidum terreuz, sed in stipticis hec est eadem substantia cū aquosa: substātia dulci: In acetolis aūt est substantia frigida: & uirtus pōticorū & stipticorum & acetosorum, est uirtus que incarnat & que cōglutinat uulnera, & prohibet illud quod currit ad apāta in principio eorum, et fortificat os stomaci, & stomacum laxum et fluxum: maxime ꝙo q̄ sunt stiptitiora ex eis et acetosiora, sed illud quod uincit super naturam insipidorum est aqua & complexio eorum est huidior & frigidior, & ipsa admīstrātur in medicinis apātum ī principio eoꝝ, et in augmento et uniuersaliter in malis est humiditas multa: & supfluitas frigida, & ideo destruitur sucus eoruz et arescit. Seruantur tamen quando coquuntur cū melle, et fit inde rob: & seruantur eodem modo citonia ipsa cū melle, sicut et suci eorū. Citonia maiora: uocātur saturninia & sunt maioris iuuamenti q̄ alia. Rememorans ergo illorum, quecūq; poā stipticant, scias frigidum et terrestrem chimum habere: quecūq; autem acetosa uidētur frigidum quidem, sed subtilium partium, medie uero complexionis esse q̄ dulcia ad calidius declinare uidētur, sicut que perfecte apoya .i. sine q̄litate et ualde aquosa ad frigidius inclinata: utaris ergo ipsis secundum predominantium huōrū uirtutes. Austeris autem pomis quidē quando propter discrasiam ca. aut ꝑpter humiditatem multam atonus .i. sīe uigore uenter extiterit: ponticitas autem quādo suffitiēter excreuerit huiusmodi, acetosis uero quando estimaueris in ipso grossuz humorem collectum esse, non ualde aliqd frigiduz tanq̄ frigidius quidē nō acetolis sed drimeis indiget. Siccant autem ambo grossitiem humorum acetosa et drimea. Differunt autem hec in hoc, ꝙ hec qdez cum infrigidatione illa uero cū calidítate operantur: palam autē ex iam dictis sepe, ꝙ stiptica quidē supfluos secessus restrīgunt, acetosa humorem quidem grossuz inuenientia in uentre diuidunt hūc: subducunt q; sterc?: & propter hoc huēctāt egestiones: purum autē inuenientia uētrē restringunt ipsum magis: est quidem et aliud quoddā genus chimi non in pomis solum, sed etiam in oībus aliis fructibus quod aquosum uocant, et apoion mīme

quidem bonum ſtomaco ſicut et aqua. Malitia autem eſt in pomo, q talis hiis q ad eſum ipſius ueniunt aut propter delectationem hoc agentibus, aut propter ſtipticum, quando ergo neq; delectabilia ſunt cōmedere talia neq; robur inponūt uentri ſicut ſtiptica neq; ſunt coniuncta roborantibus, merito ſpernenda ſunt. ſicut apud nos in aſia in multis locis porcis ipſa prohicimus plataniſtica uocantes, quoniam guſtantibus ſunt aliq̄liter ſilia teneris foliis platanorum: Cauere autē oportet pulcherrima poma, anteq̄ ſuper arborem ſunt matura. Indigeſtibilia eniz ſunt et frigida et tardi ſeceſſus & mali chimi, cū hoc frigidū groſſum ieſibiliter chimum habent. Quecunq; autem bene matura ſeruātur ad yemem: & ad uer qđ poſt ipſum proficuiſſiā fiunt. Sepe eteniz & in egritudinibus in calido cinere aſſata mediocriter aut in aqua feruentiſſiā bene decocta: dare autē oportet ipſa poſt cibū ſtati et quandoq; ante & cū pane roboris uētris gratia et ſtomaci hiis qui ſine appetitu ſunt et tarde digerētibus uoītiuis q; et diaricis et diſintericis, ydonea autē ad talē oportuitatē ſūt et q̄ pōtica mediocritatē autē hēnt ſtipticitatis ut dixi ſic p̄parata deponentibus eorū ſtipticitatem in tali preparatione ꝓpter quā ſtipticorū pomorum aut pirorum eſus laxat uētrē quoniam audiui quoſdā dicentes ſubduci uentrem ipſis poſt ſtipticantiū eſū, meli⁹ putaui propter rationem et experientiaz nobis ſepe notam, quoniā primo quodam rectore noſtro cōtinuo dicente poſt auſterorum pomorum et pirorū eſū laxari uentrē, intellexi factū adducēs q; expiētia diſcuſſionē ipſius poſt hanc utiq; fiduti- alius in aliis ad eandem experientiam, ueī uolui cōdietalē fieri mihi uirū ſaltez uno die quatenus uiderem quando et quot offeruntur ſtiptica et ſecundum primaz mox quō conſuetus erat dietari, rogaui ipſum nihil omnino permutare eorū que ſecundum dietam. Ille autem poſt balneū aque non multum prohibens deinde fenugrecum et rafanida & quecunq; talia multis cōſueta ſunt offerri aliquid aliud ante illud guſtare: & ſimiliter cum ipſe cōmediſſet ſupbibens aliquid uini dulcis conſequenter cōmedit maluas cum oleo et garo modicum habētibus uini et poſt aliquid piſcis & porcīē carīs et auis deide bibens ſemel aut ſecūdo modicum intercipiens cōmedebat pira auſtera & poſt hoc precipientibus nobis ad deambulādū cum parum deambulaſſet, ſubmotus eſt uenter ipſius notabiliter. Conſiderans ergo hoc ordinaui cū amico proſequēte die q; ego ipſum procurarē ſecūdū dietā: primo enim poſt balneum dedi mala & pira cōmedere: deinde alia deinceps ut conſueuerat et in hiis ſic factis, non autē notabiliter ſed neq; mediocriter ſeceſſit eius uenter. Admiratus ē ergo multo quod factum eſt. Requiſiuit q; a me cauſam ipſius: at ego illi reſpōdi hec nūc dicenda. Garo quīdem dixi cum hiis que ſimul cū ipſo ſumebantur apto nato ſubducere uentrem & hoc iam preoperante ſtipticitate ultimo ſumpta, maxime non uigoroſis ſecundum ſtomacū cauſā fieri ſubductionis. Roborando uentrem et prouocādo ad expellendū deorſū cōtēta in ipſo, magis autē dixi utiq; credens hoc ſumens in ſequenti die omnium quidem primo ſtiptica, ſecundo autem poſt ipſa carnes et omnium ultimo que cum oleo & garo offerebātur neq̄q̄ inquit mouere utiq; mox maluas cōmedens cum oleo et garo optime dixi iudicaſti: euertunt eniz hec uentrem et maxime ipſius os qđ ab omnibus iam conſuetū ē ſtomac⁹ uocari. Confortant autem & roborant ſtiptica propter quod & ſi aliquis alius huōr ipſū euertat, ſicut contingit aliquibus coleris ru. amplior aggregata hec facere q̄ guſtauerit ſtiptica mox aggregat deorſum talem humorē: deinde oſtendi ipſi q̄ndaz iuuenem qui ante paucos dies ſumpſerat gratia purgationis ſcamonee ſucū. iamq; tranſactis horis quinq; poſt oblationem & nulla aſſellatioē conſecuta anxiari, qđē dicentem ſtomacū: Intumeſcere autē et grauari uentrē: & propter hoc palleſcere & deficere, & mihi cōmūicaſſe ſinthoāta ipſum detinencia. Qualiter igitur hoiem

curauerim audi: duxi ipſum iuuenem eſq; preſentaui preſentez & narrantem quomodo quidem ego preceperā cōmedere aliquid modicū pomi ſtiptici aut granati aut piri & ille quando cōmederat, mox alleuiatus fuit a moleſtiis ſegregata mox ab ipſo multa materia ualde ex uentre. Scias igitur dixi rectori & cui hoc accidens ē q̄doq; ſupcōmedis ſtiptica ꝓpt debilitatem ſtomaci et uentris ille et magis hoc inquit uerum dixiſti: Eſt enim mihi natura talis quia ſtoācus meus auertitur de facili a quibuſcūq;. Componitur autez ex ipſis pomis cibariū māſiuum ſtipticitatis oportunum ad roborationē uētris debilitati. In ſyria autem eſt uocatū melo placenta: cōponūt autē eduliū manſiuum ſic & ad romā deferuntur plene ipſo olle noue. Et componitur dictum eduliuz ex melle et carne pomorū cōminuta et elixa ſimul cum melle adhuc autem et piperis habet aliquid albi & zinziberis ſed non ē nunc tempus doctrine ipſius alibi pfecte dicte. Et flos arboris citoniorum duz eſt humidus uel ſiccus ē conueniens ēplaſtris in quibus eſt neceſſaria ſtipticitas. Et quando bibitur cum uino confert ſputo ſanguinis & fluxui uentris et mēſtruorū & uinum citoniorum ſimplex qđ eſt ſine melle confert et abſcindit fluxū colericū & ſitim & que ex citoniis ſumūtur cum melle ſunt bona uomitui flegmatico, & confortāt epar: & muſcillago granorum eorum cum zucaro lenit cannā pulmoīs & humectat ſiccitatem eius. AVIC li. .ii. cap de citoniis, quando abluitur cinis ramorum et foliorū eius fūt ſicut tuthia & rob pomorum eius acceſcit ꝓpter illud quod eſt in ipſo de humiditate aq̄a frā & aſſatum eſt melius et magis conferens & eius quidem aſſatio fit quandocunq; cauatur et eitiūtur grana eiꝰ & ponitur ī ipſo mel, et linitur luto eius corpus & poſtea ponitur in cinere: frigida eſt ī priō & in fine & ſic in principio ſecundi. Et ē ſtipticum confortatiuum fortiter: & flos eius eſt ſtiptitior: & ſimiliter oleū ipſius & dulce eſt minus ſtipticum & ſemē eius eſt lenitiuū ſine ſtipticitate: Et prohibet curſum ſuperfluitatū ad uiſcera: & retiēt ſudorem & oleum eius confert ſciſſuris frigoris et formice, & eſt utile ulceribus ſcabioſis. Et multitudo eius generat dolorem neruorum et aſſatum ponitur ſup apoſtemata oculi ca. & eius ſucus cōfert dilatationi anhelitus et aſmati et ꝓhibet ſputum ſanguinis: & ſemen eius confert aſperitati gutturis et leīt cannā pulmoīs et muſcillago eius etiam humectat ipſaz cannam, et confert uomitui et ebrietati, & ſedat ſitim, et confortat ſtomacum recipientem ſuperfluitates. Syrupus eius et ipſius infuſio, et quod de eo elixatum eſt, ex ipſo utuntur multi in ſecunda menſa ſupra uinuz et prohibet ebrietatē et fit ex eo ſyrupus confortans appetitū deiectum ualde et mortuuz et confortat ſtomacum, et prohibz uomitū flegmaticū et ē prouocatiuum. Et iam dictum eſt q̄ illud eſt per accidens et illud quod cum melle elixatum ē eſt maxime prouocatiuum, uerum tamen quandoq; ſoluit uentrem et nō ſtringit et generat colicā et dolorē uentris pungitiuum, & confert diſſurie, & retinet fluxum menſtruorū et cōfert arſure urine, quādo diſtillatur ſucus eius aut oleum ipſius in uirga: & confert oleū eius renibus et ueſice: & quando ſumitur poſt cibuz ſoluit ad o q̄ quando plurimū ex eo ſumitur, extrahit cibū ante digeſtionem, & criſterizatur decoctio eius ad eminentiam ani et matricis. Rabymoyſes, Citonia a pregnantib9 cōmeſta, generāt filios hylares: & comeſtio ipſorum aſſoꝛ poſt cibum generat gaudium. SERA. li. aggre. cap. cafa. auct. dyas. Arbor citoniorum et malorum folia ſimiliter et flos & ſūmitates ſunt ſtiptice et ꝓpe arboris citoniorum: & fructus eius īmaturus eſt ſtipticus. Mala autem illa que colligūtur in uere generant colerā citrinā et iducūt inflāmationē et nocent neruis et iūcturis et membris que ſunt de genere neruorū. Sed citonia ſūt bona ſtomaco et ꝓuocāt urinā & ſi aſſantur ſunt meliora habētibus fluxum antiquum et ulcera īteſtiō & ſputum ſanguinis et colericā paſſionez & q̄do bibitur infuſio citonioruz confert

ſtomaco et inteſtinis ad que currũt ſuperfluitates: & quando ſucus eorũ ſuitur, confert aſamati & fit ex decoctioẽ ipſorũ criſtere ad exitum matricis. Et quãdo ipſa condiuntur cũ melle prouocãt urinã et mel cum quo condiuntur, idem facit quoniam acquiritur ab eis uirtus q̃ abſtergit uentrem & illa que coquũtur cũ melle conferunt ſtoãco & hẽnt ſaporem bonũ uerũtamẽ debilioris ſunt opationis in conſtringendo q̃ illa que nõ coquũtur, & citonia ipſa coquuntur et ponuntur in emplaſtris ad conſtringendum uentrem & ad inflationes ſtomaci et ad apoſteãta calida mamillarum et ad duritiem ſpleis & emoroydas et fit ex eis uinum quãdo teruntur et fit ex eis ſucus et proiciũtur deſup kiſt.xvi. mellis ut cõſeruetur, quia ſi non apponeretur mel aceſceret: iſtud uinum conuenit omnibus egritudinibus quibus diximus citonia conferre: & fit ex citoniis oleum et dicitur citoniorum. Et utimur eo quando uolumus uentrem alicuius ſtiptícum reddere: & oportet q̃ eligantur citonia que dicuntur licinia & ſunt parua rotonda boni odoris: illa uero que uocantur ſaturnion et ſunt maiora ſũt minoris iuuamẽti q̃ illa et flos citoniorum dum eſt ſiccus non humidus, eſt conueniens in emplaſtris in quibus ẽ neceſſaria ſtipticitas, et conuenit apãtibus calidis oculorum & quando bibitur cum uio cõfert ſputo ſanguis et fluxui uẽtris et inteſtinorum, et etiam menſtruorum. Sed illa que dicuntur mellomella mollit uentrem et expellunt lumbricos, et ſunt mala ſtomaco et inflatiua ipſius. Sed illa que nominãtur in latino arnicata ſũt boã ſtomaco et ſtringunt uentrem et puocãt urinam niſi quia ſunt debilioris uirtutis q̃ citonia et iſta ſunt illa que uocãtur atyrotypa. Et ſilueſtria ex eis ſũt ſimilia malis in uere naſcentibus in ſtipticitate. Et oportet q̃ adminiſtrentur citonia in egritudinibus ĩ quibus oportet ſtipticare antẽq̃ ad maturationem perueniant. Et idẽ ſera.auct.humay. Citonia prouocãt urinam per accidens et ſtringunt uentrẽ. Et idem auct.abẽ meſuay, ponticitas eorũ eſt plus ponticitate malorũ: & qui ſugũt ea poſt potum uini prohibent fuoſitates uini aſcẽdere ad caput: & non oportet q̃ aliquis utatur eis nimis, quia fatiũt accelerare deſcenſum cibi ante ei9 digeſtionẽ, & nimius uſus eorum generat colicaz et dolorem neruorum. Et rob eorũ ſimplex confert colere que generatur in ſtomaco, et eius quidem miua fortificat ſtomacuz et incoriat eum et abſcindit uomitũ qui accidit ex flegmate: et uinum citoniorum ſimplex quod eſt ſine melle cõfert colere, & abſcindit fluxum colericum et ſitim, & que ex citoniis ſumũtur cum melle ſũt bona uomitui flegmatico, et calefatiunt ſtomacũ et condita ex eis incoriãt ſtoãcũ et, fortificant epar et muſcilago granorũ eorum cum zucauo lenit cannã pulmonis et humectat ſiccitatem.

CAP. C.LXXXXVI.

Vgeg ara. grece hyalon ſiue hyaon latine uero uitrum. Vitrum fit ex cinere herbe ſpinoſe naſcentis in littore maris: dicunt quidã q̃ ſunt tribuli marini ſed falſo, ymmo uocatur herba uitri. SERA.li. aggre.cap.cugeg. Cugeg eſt uitrũ ex eo ẽ lapidoſũ et ex eo ẽ arenoſũ & quando incenditur, et miſcetur cũ eo lapis magnes coagulatur corp9 ſuũ ꝓpter plumbeitatem que eſt in eo. Virtus eius eſt ca. in primo gradu ſic. in tertio et ingreditur ĩmultis cohol et aufert furfures capitis et lenificat capillos et barbam, & quando teritur et bibitur cum uino albo et ſubtili frãgit lapidem in ueſica: & idez auct.aben meſuay eſt ca. et ſic. & ẽ bonuz pulmoni et caſui capillorum: & uitri ſũt plures colores, nam ex eo eſt albus fortis albedinis ſicut criſtallus: & eſt melius aliis & ex eo eſt rubeus: et eſt citrinũ: et uiridẽ et azulinum: et dicitur q̃ uitrum ẽ lapis ſtultior aliis lapidibus et eſt inter lapides ſicut ſtultus inter homines: nam ipſũ inclinatur ad omnem tincturam: et ẽ facilis diſſolutionis in igne a quo extractuz cito petrificatur et coagulatur.

Criſtallus autem ē ſpeties uitri, niſi quia inueitur in mīnera ſua ubī coagulatur, et lege pro ipſo litterā lapis criſtallus.
Bulcaſim li. qui dicitur ſeruitor uitrū ſic aduritur, teratur, et ponatur in crucibulo et ſuffletur fortiter donec aduratur, q̄ ſi non bene aduratur: iterum ſuffletur doēc aduratur q̄tum oportet.
Cuhapſap. .i. que in iūcturis uel flexuris iunctura, propter ſudorem fiunt.
Cuharion .i. praſſium.
Culabra .i. arnogloſſa.
Culcas, eſt herba habēs in ſe ſalſedinē, et purgat aquam citrinam.
Culcam idem.

CAP. C.LXXXXVII.

VIcaſia uel collocaſia grece ara. hulcas: latine uero caſo. Plinius cap. de culcaſia.
Culcaſia quā aliqui ciamon uocant, nobiliſſimam hanc ī egipto enilo metunt caule, cum coctus eſt arenoſo in madēdo, buſſo autē qui ītra folia emicat ſpectabili foliis latiſſimis, etiam ſi arbores comparentur ad ſimilitudinem eorū que perſonatia .i. lappago maior dicuntur, ſecundū dyas. in noſtris partibus uocamus aque nili ſuis dotibus gaudent ut impīſſis collocaſie foliis in uariam ſpetiem uaſoꝝ portare gratiſſimum habeant et cetera. Hec herba eſt quā dyas. uocat fabā egiptiacam, cuius proprietates et uirtutes ſecundum ipſum inuenies in .l. faba egiptiaca: et iſtaꝫ fabam egiptiacā uocat auic. hulcas de qua cap. facit in ſecūdo canone. Eſt enī culcaſia ſatis nota ī egypto, apud mercatores practicantes et ī ſyria: & ego ipſam habeo falerni ī uiridario meo, ſecus ſpectabilem fontem que culcaſia uulgari noſtro uocatur caſo: cuius folia aquis more uaſorū plena egrorū et cōualeſcētiū mentem delectant, necnō eorum animuꝫ excitant ad bibendum. SERA .li. aggre. cap. hulcas auct. gal. Hulcas .i. culcaſia. In ſapore huiꝰ plāte ē acuitas et mordicatō multa et ſtipticitas pauca: Et uirtus eius eſt ca. in ſecundo & q̄do coqtur confert ſtomaco: Et idem auct. aben meſuay. Culcaſia eſt ca. et hu. et auget ſperma: & radix coquitur & habet bonum ſaporem & eſt bona ſtomaco & appetitū ꝓuocat et urinam. Eſt ca. et hu. et auget ī ſpmate. hec herba eſt multum egipceis nota: & naſcitur iuxta aquas: & habꝫ folia magna et lata: & radix cocta et cōmeſta auget corpus. Paulus cap. de culcaſia. Culcaſia eſt herba omnibus nota, & naſcitur iuxta aquas, cuius radix coēſta et cocta ſtoāco eſt utilis. Yſaac in dietis ptīcularibus cap. de culcaſia. Culcaſia eſt herba plurimum in egipto naſcens aliquātuluꝫ pontica cū acuītate: unde monſtratur ca. et humida. Cuius radix ſi elixetur acumen emittit: & uiſcoſitas quā prius latenter habuerat in ea aperta fiet. Ideoq; duri groſſi q; nutrimēti eſt gēratiua: ſed cū ſui pōticitate, ſtomacum confortat et uentrē cōſtipat. Si tamen moderate comedatur, bonum generat nutrimētum, ualet q; diſinterīcis cum uiſcoſitate et ponticitate quā habet. AVIC. li. ii. cap. hulcas uel culcaſia ēplāta in qua eſt aſſimulatio de aliſnen Ca. ē et ſic. in primo. & in ipſa eſt ſalſedo cum ſtipticitate & partes eius non ſūt ſilēs, et eſt cum inflatione pauca: fit ex ea gargariſmus cum lacte ipſius et ſale, et ī egipto decoquitur cum eo caro: & frigitur cum oleo et eſt illis cibus, ſolutioē educit aquā citrinam et proprie ſemen eius, et ſucus ipſius et mīnoratur ex ea ut debilitet, ꝓuocat urinam et generat ſpma & expellit coleram et aquoſitatem cum facilitate, & potus eius ſit ab una tertia libre uſq; ad duas tertias libre.
Culſura .i. ſpeties luti que dicitur magra.
Culx culicis la zenzala et eſt q̄dā genus muſce.
Culef .i. ſalix.
Cule .i. uenter .ſ. ſtoāchus.
Culi .i. ſolis grana.
Culbi idem.
Cublion .i. cimbalaria.
Culoidon .i. ſida uel bleta ſilueſtris.
Culobria .i. briōnia

Culoſartios	.i.mentaſtrum
Culopartios	idem
Culules	.i.ſiſimbrium
Cululex	idem
Culuigen	.i.galanga
Culubrios	.i.anetum

CAP CLXXXXVIII.

Vlb uel culibi uel calibi ara. grece litoſpermon eraclion uel haliſtos: uel bathāgliſcos uel aſtorchos/latiē uero miliū ſolis/SERA.li.aggre.cap.culb.auc.dyaſ. Culb eſt herba cuiꝰ folia ſimilātur foliis oliue:niſi quia ſūt maiora eis et molliora & latiora et ſunt eis inferiora declinant uerſus terram uelut ſtent ſupra ipſam/ & hēt uirgas eleuatas ſubtiles ſicut ſq̄nantū & in ſūmitate uirge eſt ꝑuulē ramulo diuiſum in duas partes in quo ſunt folia minuta/et iuxta quodlibet folium ē ſemē album/durum fere ut lapis rotondum in magnitudine orobi parui naſcitur ī locis aſperis et altis.DYAS.cap. litoſpermon eraclion uocatur/ propter fortitudinem ſeminis:eius folia ſunt ſimilia foliis oliue ſed latiora et oblōgiora:& uirgas tenues in groſſitudine iuncī lignoſas: & in ſūmo uirga diuiſa eſt:in qua folia minuta ſunt/ ubī et ſemen rotondum et lapidoſum eſt et album piſe ſimile:naſcitur locis aſperis et altis. POSSE. DYAS.uirtus eſt ei mictualis:& ſemen eius bibitum cū uino albo/calculos frangit et urinaꝫ prouocat/ Plinius cap.bathangliſcos eſt ſemen eius herbe q̄ dicitur aſtorcos/qd ſi qs biberit/ frangit lapidem et prouocat urinam. Paulus cap.calebi. Calebī.i.granum ſolis prouocat urinam et menſtrua/et ē ca. et ſiccum in tertio gradu & uinū decoctioīs eius et puluis ipſius ī cibis ſumptus/ſoluit ſtranguriam et diſſuriā et yliacā paſſionē/

CAP. CLXXXXIX.

Vmechre ara.gre.cumetiran/ latine uero pira. SERA.li. aggre.cap. cumechre auct. gal. Subſtantia eius eſt compoſita ex ſubſtantia terrea et aquoſa. Et ſi uis poteſt aliter dici/q̄ una ſ.eius ꝑs ē frigida et alia temperata:& ſapor piri eſt ſtipticus cum dulcedine aquoſa:& uirtus pirorū ē deſiccatiua:& cōgluctiāt uulnera ſine aliquo medicamiē:& q̄do cōmeditur fortificat ſtomacum et ſedat ſitim. Siluestre uero eſt magis ſtipticū et plus incoriat et corrugat ſtoācuꝫ/et ideo plus congluctinat uulnera/et prohibet fluxuꝫ humorum. Et idem auct. aben meſuay quando quodcumq̄ eorum coquitur uel domeſticū uel ſiluestre cū fungis/ aufert malitiā eorū & maiora ex eis ſūt fortioris ⁊rutis q̄ ꝑua : ꝑua aūt ſūt nutribiliora q̄ citonia & rob pirorum/abſcindit fluxū colericum et incoriat ſtomacum/ & pira proprie generant colicam. & oportet q̄ ſumatur poſt ipſum uinum mellis factuꝫ cum ſpetiebus. DYAS. cap. de piris Piri multe ſunt ſpeties/ſed ſtiptice omēs unde ad reumaticas paſſioēs cataplātibus adhibīta fatiunt:& reuma cōpeſcunt. Elixatura eorum ad omnia prefata iuuāt/ & ſi ipſa pira a ieiuno cōmeſta fuerīt abſtinent uentrem/et piri ſiluatici ſpēs ſunt que tarde matureſcere poſſūt plus ſtiptice q̄ ſupradicte/ſed ſilibus cauſis ꝑſūt/ perhibent quoq; aliqui fungos uenenum amittere ſi cum piris fuerint cocti. AVIC.li.ii.cap.de piris ī ipſis ſūt terreitas et aquoſitas/& in noſtra quidē terra eſt ſpeties que dicitur ſenabrud/& habet magnam capacitatem/et eſt uehemētis rotonditatis et ſubtilis corticis et boni coloris quaſi peruium/quaſi ipſum ſit aq̄ zuccari coagulata plurimū/ſed nō ꝓpter ſpiſſitudinē ſubſtantie boni odoris ualde/ qd cum ab arbore ſua cadit ſuper terraꝫ deſtruitur: & iſti ſunt in quibus non eſt nocumentum de ſpetiebus pirorum Pira que nominātur ſenia ſunt frigida in priō & ſic.in ſecundo. Serabrud uero ſunt temperata humida.& omnes ſpeties eius ſunt ſtiptice/intrātes ī ēplaſtris retētionis

materiey & q̄doq; abstergunt parum:& eoruz humor est plurimus et laudabilior humore pomorum secūdū q̄ dixit rufus/ Ea autem que dicta sunt scenabrud in terra corasceni absq; aliis dicta sūt leitiua nature & boni chymi ualde consolidant uulnera/et proprie siluestria exsiccata/& sunt preparatiua stoāci & abscidūt tussiz & sedant coleram et stringunt uentrem/ & proprie que sunt exsiccata/ & in piris quidem est proprietas fatiendi euenire colicā/quare oportet ut bibatur post ipsa de ydromelle cū spetiebus que sūt ut pip/ cinamomum et hiis similia/& eorum rob confert fluxui uentris colerico. Cinis spēi eorum uehementis stipticitatis et tarde maturatōis ē/et cura fūgoy mortificātiū/ & quando isti fungi coquuntur cū piris minoratur nocumentum eorum.

Cumeos .i.gumi.
Cumethre īdem
Cumecre idem
Cumetiran idem
Cuminum .i.ciminum.
Cumi .i.gumi
Cumni idem
Cuneasor .i.barba siluana/
Cundos .i.condisi a dyas. uero uocatur sstrutium/ & est inducens sternutamenta sicut elleborus: & plinius uocat ipsum radiculam paulus uero ayt/ Condisū est radix interius citriā exteri9 nigra & planta eius assilātur plāte dicte canatia & ipsa uerius est in radice similis piretro et cetra.i.i.condes.
Curasie .i.blaccebisantie
Curara .i. muscillago que egreditur in tenasmone/et ī fluxu uētris/
Curati .i.frustra subtilia
Curaci idem.
Curaf .i.apium/
Curac .i.corrodens/

CAP. C.C.

Vrat ara. latine porrum. SERA.li.aggre.cap.curat. Curat.i.porrum: Ex eo est domesticum/ & est hyspaicū & est ex eo nabati/et est montanum. Et ex eo est porrum uinee/et porrū agreste/ & medium inter porrum et allium. Et reperitur uirtus huius inter uirtutem porri & allii/sicut inuenis in.l.taum. Et ꝓpter hoc est magis desiccatiuū et acutū q̄ porrum domesticum: & cetera cuncta agrestia acriora sunt doēsticis:& medicīe que calefatiunt illa calefactione sunt ī fiē graduum/et ob hoc est malum stomaco/ & est acutum incisiuum grossorū huōrū magis aperitiuum opilatorum organoy/ & eius operatio est plus q̄ domestici/ & propter hoc prouocat urinaz et mēstrua & potissime quando retinentur propter humores frigidos grossos/& habet tantū de calefactione/q̄ ulceret q̄do applicatur corpori exterius & nos iā diximus/ q̄ oēs medicine que calefatiunt illa calefactioē et ulcerant sūt in fine graduū. POSSE. SERA.auct.dyas.porrum domesticum incitat libidinem:& quādo miscetur cum melle et fit inde lohoc/et confert dolori pectoris et ulceribus pulmonis: et quādo cōmeduntur etiam mundificāt cannam pulmonis:& quando quis assuefacit cibū eius inducit obscuritatem uisus/et ē malū stomaco & quādo aqua eius miscetur cū mellicrato et exhibetur/cōfert morsibus uenenosis:& quando fit emplastrum cuz porris ipsis/et ponitur supra locū morsus facit hoc:& quando miscetur cū olibano et aceto et lacte et oleo ro. et distillatur ī aurē confert dolori eius et tynnitui qui fit in ea/& quando fit emplastrum cū eis & sumach aufert uerrucas:& quando fit emplastrum cum eis et sale mundificat ulcera sordida:& quando bibitur ex seie porri et granis mirti ana.ʒ.ii.simul tritis abscindunt sputum sanguinis antiquum a pectore:& idez auct/rufi/porrū puocat menstrua et fetus/et aufert eructuatioēs acetosas/et mollit uentrem: Et idē auct. iudei proprietas autē est q̄ destruit dētes et gingiuas. Et idem auct.aben mesuay. Nocet uesice et renibus/quādo sūt ī ipsis ulcera/& folia porri de seni cōferūt matrici ex proprietate que est in eis/quoniā est in eis huiditas/que facit lubricare fetū

& ſemen porri quando fumigatur ex eo anus deſiccat fiſtulas que ſunt in eo. Sed porrum uinee eſt deterius ſtomaco & eſt calidius et magis prouocat menſtrua & quando comeditur cōfert morſui uēnoſo Paulus cap. de porro: porrū aduſtū mixtū cum melle et inunctū curat ragadias ſeu fiſſuras que fiunt in labiis.

Curinaballe .i. antrax
Curema eſt radix crocei coloris & eſt celidonie minoris
Curcuma idem
Curelia .i. corrigiola
Curich .i. iuncus de nilo
Curic idem
Curiati .i. mellilotum
Curogi .i. citrum
Curolian .i. ſcordeon
Curoblaſi .i. napta
Curugen .i. melliſſa
Curbur .i. coriandrum
Curt .i. arbor acacie uel gumi arabicū quod eſt eius gumi.
Curch idem
Cuſamon .i. peucedanum.
Cuſamion' idem
Cuſbaralbel .i. capillus ueneris
Cuſoaria .i. almea
Cuſtos orti pētadactilus gira ſolis colūba paſteon paramiſtrion idē & eſt cataputia.
Cuſus .i. edera
Cuſſus idem
Cuſcute raſca lini popagra lini bruncus draaſcus idem & quid ē. l. l. ehaſuch.
Cuſcute romanum .i. abſinthium.
Cuſtu .i. coſtus.
Cute .i. eupatorium.
Cutre idem
Cutrelion .i. antera
Cutinoroſtas .i. caducus flos mali punici.
Cutis arietis quid ē. l. l. geldalcheth
Cutim .i. balauſtia
Cutub eſt quedam ſpecies melancolie
Cutubuth idem
Cuturac .i. ſaturegia
Culeganus .i. galanga
Churice .i. affodillus

Chulem .i. herba capillatia

CAP. CCI.

Vlef ara. gre. ítee: latiē uero ſalix. SERA. li. aggre. cap. culef. Culef .i. ſalix folia & flos et roſa eius habent ī ſapore ponticitatē & uirtus ſalicis ē deſiccatiua ſine punctione. Cortex uero ipſius ſiccioris eſt complexionis ſicut ſunt oēs ſpecies corticis: unde adminiſtratur in gluctinatione ulcerum. Sed flos et roſa eius admīſtrantur et admiſcētur ī oībus medicinis et unguentis deſiccatiuis: Et ſunt ex hominibus qui accipiūt flores et roſam et ſucum ipſius et componunt ex eis deſiccatiuam medicinam que confert in multis quia deſiccat ſine mordicatione & proprie quia in ipſa ē ſtipticitas pauca & quando comburūtur eius cortices et confitiuntur cum aceto, adminiſtrantur in omnibus egritudinibus in quibus neceſſaria eſt deſiccatio ſicut in uerrucis et proprie in rotondis et in uerrucis ſilībus capitibus clauorum et in uerrucis infixis in cute eradicat enim eas quando fit ſup eas linitio & quādo euellitur cortex eius tempore quo emanāt flores et colligitur gumi eius hēt hoc gumi uirtutē abſterſiuam et ſubtiliatiuaz: & ideo admīſtratur in omnibus egritudinibus que accidunt pupille & fatiunt impedimentum uiſus. Et idē auct. pauli uirtus foliorū et corticū & fructus ſalicis et ſucī eius eſt ſtiptica & eſt frī. et ſic. complexionis in .i. gradu. Et idem auct. bedigor, quando bibuntur folia eius trita cum pipere et uino pauco conferunt colicis. & quando ſumitur cuz aqua prohibet impregnationē: & fructus eius confert ſputo ſanguinis q̄do bibitur & cortex eius ſimiliter facit hoc et ſucus foliorum et cortex eius tritus cum oleo ro. ſi bulierint in cortice granati cōferūt dolori auriū: & eius decoctio admīſtrata ſup pedes podagricorū cōfert eis multū & mūdificat furfures capitis: & colligitur huiditas ab ea defluēs quādo excoriatur a cortice ſuo quādo incipit apparere flos

Lectrum ara. grece gagates/ latine uero karabe. Karabe eſt gumi arboris ut gemma/ unde anuli fiunt. Vnde electrū ſuccinū karabe ſub eodē ponūtur/ quia electrum eſt karabe & ſuccinum eſt karabe: Vnde habemus ab alexandro/ cap. de diſinteria;trociſcos dialectrum. Item Seruius ſuper bucolicon uirgilii in egloga paſtoris dicit q̄ electrum eſt poſt ſuccinum.Item Caſſius felix tractatu de trociſcis dicit/ Trociſcos de ſucino & eſt electrum: & deſcribit trociſcos de karabe/ Eſt aūt guī arboris dicte a dyas. agiros/ & eſt ſpēs populi arboris ut patet ī illo cap.agiros:uerū aliud facit cap.đ populo/ diuerſe ſpetiei ab illo/ ſicut etiam Auic. ut infra in alia lrā ſaf patebit/ duo facit/ cap.de haur qđ idem eſt qđ agiros/ſed in arabico eſt haur/que cap.idem ſunt cum hiis dyas.qđ aūt dyas.dixit agiros Auic. dicit achiroſa corrupte uel achiros ut in arabico/ & dicit q̄ ē haur romanū/in alio autem cap.dicit q̄ gumi illi9 arboris que dicitur haur romanū dicitur karabe/
DYAS. cap.de agiros circa finem/ aliq perhibēt huius arboris lacrimū ī rodanū diſtillatum & cohagulatū ſuccinū facere .i.karabe. Ouidius tamē li.ii.methamorphoſeos in eridanum electrū ex populis manare dixit. Sed plinius poſt longā improbationem fabularum ouidii et aliorū/ Certum eſt ei electrum gigni in inſulis ſeptemtrionalibus occeani/& a germanis appellari gleſſuz:Itaq; a nris unā inſularū ob id gleſariam appellatam: germanico ceſare ibi claſſibus rem gerente auſtrauiā a barbaris dictam. Naſcitur aūt medulla pinei generis arbori b9: ut gumi ī ceraſis/ reſina pinei erumpit humeris habūdātia denſatur rigore uel tēpore aut mari cuz uero intumeſcens eſtus rapuerit exīſulis certe in littore expellitur ita uolubile ut pendere uideatur: Quod arboris ſucum eſſe etiam noſtri credidere ob id ſuccinū appellantes/ pinee autē arboris eſſe ī dicio ēpineus in atritu odor:& qđ accenſū tede modo ac nidore fragrat/ita naſci etiam & in india certum eſt. Archelaus q̄i regnauit in capadocia illinc pineo cortice inherente tradit aduehi rude: Et paruz infra diſtillante argumento qđdam intus tranſlucem aut formicas aut culices laceratos adheſiſſe muſceo non eſt dubiuz & indureſcētur & cetera.Et infra ceterū atritu digitorū accepta ui caloris attrahūt ī ſe paleas et folia arida & leuia ſicut & magnes lapis ferrum & cetera.Arbor huius gūmi qđ eſt karabe grece uocatur

agiros & eſt populi ſpeties per dyas. ara-
uero ſecūdū ſera. uocatur laurcuma ſcđm
auic. uocatur haur romanum uel hauruȝ
latine quod ſecundū arabes ſonat haur.
AVIC. li. ii. de eo duo facit cap. Vnum
de hauro cui conſonat cap. de populo ar-
bore aliud de haur romanuȝ cui cōſonat
cap. de agiros qđ etiam exponit dyas. q̄ ē
popul9 arbor & Auic. dicit q̄ ē achiroſa
uolens dicere agiros: ſed in arabico eſt
achiros cuius gumi ut dicit auic. ē karabe
& dyas. dicit q̄ ex hac arbore ſuccinum
naſcitur ſecundū quoſdā, & in rodanum
diſtillat & ipſum eſt electrū ut oſtenſū ē
ſupra in electro et in karabe: Due ergo
uidentur eſſe ſpecies huius arboris: una
ca. complexionis, alia fri. ſicut per utrūq;
textum colligitur: q̄q̄ apud dyas. cap. de
agiros ſit permixtum cum alio cap. cuius
error uel a tranſlatore uel a ſcriptore, p-
ceſſiſſe perhibetur per teſtimoniuȝ ſera.
ex dicto dyas. ī utroq; cap. Aliud p̄terea
cap. facit auic. de hac eadē qđ incipit nux
roāna dicitur acrufex. ſ. in arabico & ē
achiros & cetera. Ibidem ſicut de haur
romano, & error contigit ob ſimilitudinē
litterarum huius nominis haur. ro. & leuȝ
lo. quia non differunt niſi in punctis.
Item error fuit et ab eodem tā in cap. de
karabe ubi dicit quia ē guī arboris dicte
nux romana: & debuit eſſe haur. Item
error inuenitur in quibuſdam ſinonimis
agiros īquit eſſe leum romi. ī. nux gallica,
ubi erat leum debuit eſſe haur. DYAS.
cap. de agyros. ī. populus arbor quam alii
leum dicunt: calefacit fortiter humectat
autem mediocriter et leptomeris eſt.
GAL. vi. ſim. phar. cap. de populo, argira
ſiue populi flores ca. ſūt uirtute ex tertia
abſtantia a temperatis ī ea uero q̄ exſic-
cando & huēctando differentia breui ab
eucratis et mediis acceſſerūt uerſus ſicti9,
eſt autē ſubtiliū partiū magiſq̄ groſſaruȝ
ſed et frondes eius ſimiles ſunt floribus
niſi quia per omnia debiliores & minus
efficaces: & reſina eius eiuſdem uirtutis ē
cum floribus & adhuc calidior. Semi-
num uero ſubtilium partium magis
necnon deſiccatiuum magis q̄ reſina &
flores non ualde nota aliquod calidum.
SERA. li. aggre. cap. haur romi auct. gal.
vi. ſim. phar. haurcuma uel haur romi. ī.
arbor karabe cōplexio eius ē compoſita
ex ſubā aquea tepida et terrea ſubtili &
propter hoc accidit q̄ ſubſtantia eius eſt
compoſita & in roſis huius arboris ē ſb-
tilitas plus q̄ groſſities. Et uirtus eius eſt
ca. in. iii. gradu ſed deſiccatio & huēctatō
non ſunt in ea multum uerum declinat
ad ſiccitatem paululum ſed gumi eius eſt
karabe: uirtus eius ē ſimilis flori eius niſi
quia eſt calidior parum: ſemen eius ſeu
fructus eſt ſubtilioris ſubſtantie q̄ gumi
& maioris deſiccationis: & eſt hoc plus q̄
flos eius niſi quia nō eſt multe caliditatis
ſed floris uirtus ē ſicut roſe eius niſi qa
operatio eius eſt debilior opatioē ipſius.
Et dicitur q̄ guā haur que naſcitur iuxta
fluuium nili congelatur ibi & eſt illud qđ
dicitur alapton: & quidam nominat ipſū
arſopodon & eſt karabe. Et hoc gumi
q̄do frāgitur, procedit ex eo odor bonus
& color eius eſt ſicut color auri. AVIC.
li. de uiribus cordis; karabe ca. eſt in priō
ſic. in. ii. aliqui uolunt q̄ ſit fri. Paulus
de karabe. Karabe ē gumi arboris haur
romī & calefacit caliditate temperata cū
pauca frigiditate. Bulcaſim eben aben a-
zarin li q̄ dicitur ſeruitor karabe ſic aſ-
ſatur et comburitur oportet q̄ frangas
karabe ī fracturis p̄ui et aſſa una uice uel
duabus et ſerua: ſed combuſtio eius eſt ī
hunc modū. Accipe ollam fictilē & poē
karabe intus et claude os eius cum luto
& pone in igne una nocte deinde extrahe
& utere et tere. POSSE. DYAS.
corii eius .ʒ.i. bibita ſciaticis medetur
ſtranguriis ſubueīt: multi dicunt q̄ bibita
cum urina burdonis generare nō pmittit
folia eius bibita p9 purgationē mēſtruoȝ
ſimili modo conceptū minime admittit.
Item ſucus foliorum eius dolori aurium
ſubuenit: ſucus eius ſeminis melle mixtus
caligines oculorum detergit. Item folia
eius cum aceto ut cataplaſma adhibita
podagricis medētur reſina uero eius ma-
lagmatibus neceſſarie miſcetur. Semen
eius cum aceto bibitum epilenticos curat

gumi eius quod dicitur karabe tritum & bibitum solutiones uentris constrīgit & stomacum reficit & fluorem sanguīs reprimit. AVIC. habet proprietatem confortandi cor et letificandi et repellēdi cardiacam, & fortificandi spiritus.
SERA.cap.karabe. Karabe sumitur in potu & prohibet cursum humiditatum ad stomacum, & abstringit uentrem & stomacum et confortat eum: & abscīdit fluxum sanguinis,& quādo cortex huius arboris inciditur minutim et seminatur ī letamine, oriuntur ībi toto āno fungi ad cōmedēdū.Paulus Karabe ē guī arboris haur romi qđ q̄do bibitur retinet fluxuz uentris & stomaci et sanguinē undecūqꝫ fluit.Et putant quidaz qꝫ sit sandaraca & dicunt qꝫ karabe sodoma huius est gumi & est gumi funeris eo qꝫ latini ponebant ipsum super corpora defunctorū.Et idez auct.albugerig Caliditas eius ē tēperata cuz pauca frigiditate & habet propetatē retinendi sanguinē & proprie ī teāsmone & confert cardiace & stringit uentrem.
Et idem auct.bedge Karabe ca. est & retinet sanguinem undecūqꝫ fluentem.
Et idem auct.alcauzi suspenditur super apāta et cōfert & est frigidum, et cōfert cardiace & sputo sanguinis & fluxui eius a naribus.Alias uirtutes inuenies in lrā lapis gagatis.

Elecemium .i.lilium
Eleodes est species sanies.
Eleomeli et aumeli ē oleū dulce spissū ualde sicut mel & extrahitur de quadam arbore et cetera.i.l.aumeli.
Eleon .i.oleum oliuarum
Elepeon .i.mezereon
Elepnium idem
Eleimi .i.paritaria
Elesmi idem
Elexeon idem
Elexim idem
Eleti .i.gazati & est eupatorium
Eleuantia .i.inflatio cruris & pedum
Elenium .i.ellenium.
Elbelum .i.butirum
Elcheil .i.locus ubi ceruix dorso coniungitur
Elkemac .i.granum
Elleborum mellinum .i.nigrum
Elleborus melan idem
Elleborites .i.centaurea
Elleborelentum .i.uelatrum & est elleborus
Elleben .i.lac

CAP. CCXXXIX.

Llenium grece ara.rasin uel ilsaran:latine uero enula cāpana. SERA.li.aggre.cap. rasin auc.dyas. Rasin.i.enula nominant eam quidam zinziber & habz folia similia foliis plante q̄ dicitur flomos nisi quia sunt asperiora & longiora eis:& habet stipitem magnum: & folia eius nō eleuantur a terra sed extenduntur super faciem terre & habet radicem magnam boni odoris cuius sapor habet acuitatem & est rubei coloris:Inuenitur autē planta que oritur sicut yreos & est sicut serpētaria: & nascitur in locis montuosis & humidis & in ortis:. Euellitur autē radix enule in tempore estiuo & deficcatur: & est illud quod ex ea administratur & ēī babilonia alia species enule & ē plāta hēns ramulos longitudine unius brachii qui extenduntur super terram sicut serpillū & habet folia similia foliis lenticule, nisi quia sunt longiora et pluimia sup ramos ipsos:& hēt radices paruas citrinas quarū grossitudo est sicut digitus medius: & subtilior pars radicis ē subtilior superiori parte eius:& super ipsa est cortex niger: nascitur uero in locis maritimis:uirtus ē eius ca.& hu.& est in ea caliditas superflua indigesta. DYAS.cap de ellenio secām translationem nostram, ellenium multi simphitum uocant. Alii uero batum, alii uero flomum:latini uero enulā uocāt, folia habet flomo silia angusta et mollia & oblonga non crescentia in altū, & sup terrā late discenduntur; radix est illi īgēs & odorabilis et rufa et uiscida gustu non suauis;frutex est similis lilio tirsum habz

album in cuius ſūmo flos eſt auroſus & montuoſis et umbroſis naſcitur locis & humidis et in ortis. Cratebras etiã phibȝ egiptum habere alterum ellenium qđ hẽt uirgas lõgitudine unius cubiti ſup terrã porrectas herpillo ſilẽs: folia ut lenticula ſed plura et lõgiora circa eaſdẽ uirgultas & radices ſunt illi minores & uiridiores i ſoliditate unius digiti minoris, quarum ſuperior pars groſſior eſt ad unum deducta i tenuitate cũ corio nigro: naſcitur in maritimis & in ſictioribus locis morſibus uenenatis radix eiꝰ bibita medetur. GAL. vi. ſim. phar. cap. elleniũ ſiue tĩmallium ſiue enula campana hec planta radix maxime utilis eſt adſtatim in priõ agreſſu calefatiendum & ideo dicendum eſt eaȝ non certitudinaliter ca. et ſiccam ſicut nigrum piper et album ymmo cuȝ humiditate ſuperflua. Et ideo electuariis que fiunt ad educẽdũ uiſcoſos et groſſos humores exiſtentes in torace et pulmone conuenienter miſcetur & cetera.

POSSE. SERA. uirtus eius eſt que adiuuat ad excreandum groſſos huõres et uiſcoſos a pectore et pulmone et calefacit membra egra egritudine fri. ſicut ſciatica emigranea: et cõfert fluxibilitati membrorũ que fit ab huĩditate. Et q̃ndo bibitur decoctio eius prouocat urinaȝ et menſtrua et confert cohartationi ani et attritioni neruorũ et tumoribus et morſibus uenenoſis propter ſui ca. folia uero eius quando coquuntur cum uino et fit inde emplaſtrum confert ſciatice: et q̃do radix eius cõficitur cũ rob ẽ bona ſtoãco & qui confitiũt eã deſiccant prius deĩde infundunt in aqua et terunt et ponunt ĩ rob et reponũt humayn ex uerbo hyppo. Enula aufert iraȝ et triſtitiã et fortificat os ſtoãci et mundificat pectus et ꝓuocat ſuperfluitates que ſunt in uenis ꝑ urinã et menſtrua et proprie uinũ quod fit cũ ea. GAL. elleniũ miſcetur cũ electuariis que fiunt ad educendũ uiſcoſos et groſſos huõres exiſtẽtes ĩ torace et pulõne & calefatiunt eas particulas que frigidis et diuturnis paſſionibus moleſtantur, ſicut ſunt qdã ſciatice et emigranee et cõtinue paſſiones articuloruȝ propter frigiditatẽ.

DYAS. elleniũ ẽ uirtutis feruentis et mictualis. Radix eiꝰ eſtate foſſa ſiccatur aqua elixature eius urinã prouocat: mẽſtruis ĩperat ſolutioẽ. Radix eius cõtuſa addito melle ut electuarium tuſſim ſedat et ortonoicos curat: morſibus uenenatis occurrit et medetur: folia uero eius tunſa & cataplãtibus adhibita ſciaticos ſanant. Itez folia ex uino cocta & renibus ĩpoĩta coxioſos emendant. Multi uero eadem folia ſicca ſale addito et dulcore ꝑcurant cibum pro ſtomaci ſalubritate que qdeȝ cum ſale ſiccanda ſũt ut ex capparo cibi fieri ſolent. Sucus eius cũ ruta tuſſiẽtibus prodeſt: urinã quoq; et menſtrua et ꝑtuȝ expellit.

CAP. CCXXXX.

Lleborus uel polirizon gre. ara. cherbachen: latine uero uelatrum. SERA. lĩ. aggre. cap. cherbachen auct. dyas.

Cherbachen. i. elleborus; Due ſunt eius ſpeties albus et niger: ſed albus eſt planta cuius folia ſunt ſimilia foliis plantaginis ſeu foliis plãte dicte blete agrion .i. ſicle agreſtis niſi quia ſunt breuiora eis et declinãtia ad nigredinem plus eis et uerſus rubedinem aliquantulũ tendentia et hẽt ſtipitem quatuor digitorum lõgũ rugoſũ & quando incipit excoriari deſiccatur et putreſcit cito et apparent circa ſtipitem uelut capilli ſubnigri. hẽt radiculas multas ſubtiles egrediẽtes ab una radice ꝑuas et oblõgas ſimiliter cepe longo: naſcitur montuoſis locis: & oportet ꝙ fodiatur radix ipſius plante et reponatur tẽpore meſſis: Et melior ad colligendũ eſt, cuius planta extenditur ſup terram extenſione moderata: & eſt albus facile frangibilis multe carnoſitatis non hẽns acutas ſummitates ſicut ſquinãtum & q̃do frãgitur euolat ex eo res ſilis pulueri: & caro eius eſt ſubtilis & non mordicat linguã mordicatione forti: ſed facit habũdare ſaliuã ad os: Et caueatur a nimietate ſua quia ſuffocat. Et melior ex eo ẽ ille q̃ defertur,

ex terra que dicitur italia ſed ille qui eſt ex cadechia eſt malus et eſt planta ſimilis ſquinanto & eſt ſuffocans. Sed elleborus niger eſt planta habens folia uiridia ſilia foliis dulb ſed nigriora: et eſt ī eis aſpitas & habet uirgam breuem et florem albuz cum aliquantulo purpureitatis, & eſt ſup ipſam uelut racemus in quo ē ſemē ſilē grano cartami quod homiēs denachibor & denomināt ipſum ſcamonoides eo qđ utentur ipſo in purgatione uētris: & hēt radiculas multas ſubtiles nigras egredi-entes ab una radice ſimiles radicibus cepe & quod de ipſo adminiſtratur ſunt ille radicule: Naſcitur in locis aſperis ſiccis nemoroſis. Et melior ex eo eſt plen9 nō conſumptus nec extenuatus cuius īterius eſt ſubtile acuti ſaporis et pungens līguā DYAS.cap.de elleboro ſcđm trāſlatoēz noſtram. Elleborus albus folia habet ſilia arnogloſſe aut blete agreſti: ſed breuiora et nigriora et modicum obrufa: haſta eſt ei longa duobus palmis et rugoſa et citi9 ſolet marceſci quando ſiccari incipit & ſicut capilli multi ex una radice procedūt ſicut uirgule: Naſcitur locis montuoſis Radix fodi tempore arearum dēt: utilis eſt autem alba et tenſa et fragilis et pleā et iuncoſa quā cum fregeris uelud fumū iactat et albidior deintus cum guſtu ca. non ualde ſaliuam prouocās pl9 accepta hominem ſuffocat: melius eſt quirinaicū et italicum capadotium hiis albius eſt et tenue. Elleborus niger eſt pollirizon aut melāpolion dicitur quia melampus filias ſuas amentes ex eodem curauit a mania herba hec folia habet ſilia platano uiridia ſed minora ut aſſodillus ſed diuiſa multis locis ſed nigriora et aſpa: uirga ē ei breuis & flores albi et purpurei in ſemate botruoſo ſilēs ginco hec in antiqs tēporib9 Scamonoides dicebatur, quia multi ea utebantur in purgatioībus huius radices tenues ſunt et nigre ſicut cepulle quaruz radicū maxime uſus eſt: naſcitur ī locis aſperis et ſiccis et agreſtibus. Eligenda uero eſt carne plena que intra ſe hēt albū colorem et guſtu uiſcidū et caliduz: talis uero in parnaſo monte naſcituꝛ. GAL.

vi.ſim.phar.cap. de elleboro. Elleb̄ori ſpēs ponātur in tertio gradu caleſatiētiū & deſiccantium. Eſt autem ſecūdū guſtū calidior qui niger ſubamarus autē albus AVIC.li.ii.cap. de elleboro. Elleborus ille qui niger eſt: eſt fruſtra inciſa, et eius acuitas fortior eſt acuitate albi et illi qui ipſum colligunt preſeruātur ab eius nocumento comedendo alia et bibēdo uinū & folia quidem plante eius ſūt ſilia foliis adulb: ſed ſunt uehementioris nigredinis q̄ ipſa & hēt crus breue ad purpureitatē declinans; & eius figura eſt ſicut figura racemi: & in ipſa eſt fructus & hēt uenas ſubtiles nigras ex cuiuſcūq; quaꝛ radice ſicut duo capita ceparum egrediuntur & quod de eo adminiſtratur ſunt uene iſte & oritur in ſiccis locis: melior eſt ille qui eſt medius inter ueterē et nouū et groſſū & extenuatum habens colorem cinericeū & qui ē uelociter fragibilis et nō ponderoſus in cuius uacuitate eſt quoddam ſilē tele aranee ſaporem habens acutum & mordicans linguam. Et bonum quidē quod adminiſtratur ē ut aſſuātur lignū paruum quod eſt apud radicem eius & infundatur parua aqua et excorietur. Et aſſumantur cortices illius et exſiccentur in umbra & adminiſtrentur triti et cribellati. Et potio eius ſunt tres carimet: Et melius ē ut ī potu detur cū petroſellio & dauco. Et quandoq; dantur ex eo uſq; ad duos aureos. Ca. ē & ſic. uſq; ad ſcđm Eſt ſolutiuus et ſ̄btiliatiuus & eſt fortis abſterſionis adeo q̄ corrodit carnē mortuam: & quando naſcitur apud radicem uitis fit uirtus eius ſolutiua: & de ꝑpetatibus quidem ellebori eſt q̄ ipſe ꝑmutat corpus a ſua cōplexione & facit quādoq; acqrere complexionem bonam iuuenilez & multi ſunt qui album elleborū ſumūt ad uomendum & non facit ſomere et nō ſoluit, ſed facit illud quod facit uomitus & ſolutio, et ꝛ uenientia ei9 ad uiros uirugines mulieres, et ad fortiores et adoleſcentes et ad eos qui hēnt carnes tēras in corpore et multitudo ſanguis ē plima & nō eſt cōueniēs caſtratis neq; mollibus. Et ipſe quidem eſt conueniens in martio,

deinde in ſeptembrio uerū tamē oportet
ut ante ipſum precedant tres dies peītus
in quibus abſtineatur a cōmeſtioē & po-
tatione groſſorum et ut adminiſtrentur
ea que gaudere faciant et delectari et ut
euoīt et eiitiat poſt cenā duabus uicibus
aut tribus deinde aſſumatur linitus ſup
morfeam & cętera IO. MES. cap. đ
elleboro. Elleborus eſt arbor algur et ſūt
eius due ſpecies: nam alius eſt albus alius
eſt niger Niger incolumior eſt albo
Vnde mīmtur albus accidentia timoris
& tremoris: Niger uero acquirit ei iu-
uenescentiam & incolumitatem et ex eo
quod magis eligitur & proprie eſt cuius
ſapor eſt acutus mordicās guſtū & hēns
ſaporem ſicut aſſarum proprie & quod ē
frāgibile & mediū inter ſubtile et groſſū
& medium inter recens et antiquum &
medium inter pōderoſum et leue: ymmo
plus leue q̄ ponderoſum: & quod eſt leue
carens aſperitate: Et melior pars ipſius
plāte ē radix ipſius & melior pars radicis
ſunt fuſtes ipſius & melior pars eor̄ ſūt
cutes ipſorum. Et melius tempus
collectionis ipſorum ſunt uer & eſtas
Albus autē minoris eſt acuitatis et mor-
dacitatis & ē eius mordacitas nō apparēs
ſubito: & eſt maioris amaritudis q̄ niger
In aliis autē proprietatibus ut niger hēt
ſed plus de antiquitate q̄ niger patitur:
Niger ē. ca. et ſic. ī tertio & ē ſubtiliatiu9
& ſolutiuus corroſiuus carniū que fiunt
in ulceribus & dicitur q̄ quādo naſcitur
apud radicem arboris ſunt fructus illius
ſolutiui. Albus uero ca. et ſic. eſt ī medio
tertii & ē ſilīter abſterſiuus mordicatiuus
multiplicās uoītū & fatiens ſternutatōez
cū fortitudine Albus corporibus noſtri
temporis moleſtus eſt: ymmo eſt eis ſicut
uenenum proprie prefocans. Nigri autē
uſq; ad tēpora noſtra uirtus ē tollerabilis
licet ad huc difficile. Inquit ypo. moleſtus
elleborus hiis quorum corpora ſūt ſana
ars autem et ſolicitudo ī rectificando &
in propinando q̄ndoq; cū oportet facere
eius operationē in columen. Inquit filius
zezar fit terniabin ſicut mel et ſubmer-
getur ī eo tepidū et ſubtile et ex folliculis
nigri partes conuenientes circiter octo
horas & extrahuntur ab eo et propīatur
terniabin hēns uirtutē elleborī et cōſilīt
fit de melle pallulaꝝ & q̄doq; ſubmergi-
tur in iure gallinarum aut carnium et fit
ſimiliter. Et aliqui preforāt radicē rafani
et intromittunt fuſſum ellebori & poſt
diem auferunt & propināt rafanū hēntē
uirtutē ellebori: Et quandoq; infūdūtur
in oximelle et fit ſimiliter; & quandoq; in
uino dulci & quandoq; in condito aut ī
alio ex ſyrupis aut robub q̄doq; īfūditur
in iure gallorum aut carniū et coquūtur
in iure poſtmodum autez kiſt aut ordeū
& quandoq; ſorbetur ius ſolum per ſe:
Daucus autem et piper longum aniſū &
petroſellinū & calamētū et yſopus ſicca
& origanum et aſce et boniſicant eius
operationem: bene autem permiſcetur cū
epithiō et polipodio et ſale īndo et ſilīb?
confortant enīm ſeſe expellūt aūt uirtutē
utriuſq; a corpore aq̄ mellis, aq̄ paſſularū
& aqua ordei & ius gallorum et gallinaꝝ
cum oleis nucum et amigdalarū et ſilīum.
puluerem autē ellebori ſumere nō ē tutū.
POSSE. Contra uermes aurium con-
fitiatur modicum puluerīs eius cum ſuco
perſicarie & in auribus imponatur ſtatiz
exeunt puluis eius ſuperpoſitus carnem
ſupfluā corrodit contra furfures capitis
& pediculos buliat puluis lupinorū ama-
rorū ī aceto p9 modū coletur et colature
adīſceatur puluis ellebori ungatur caput
per diſcriminalia poſtmodum lauetur.
Cōtra ſcabiē fiat puluis ex elleboro albo
bene trito. ʒ. i. & litargiro bene trito. ʒ. ii.
& oleum commune uel nucum in patella
bene coq̄tur et litargirū bene cōfitiatur
cū aceto et ponatur in oleo illo ad ultimū
puluis et inungatur patiens in balneo nā
ualet multum contra litargiam et epliam
puocatur ſternutatio ex puluere naribus
immiſſo uel pāno impoſito ad nares.
DYAS. elleborus albus, flegma et omēs
huōres uomitu purgat: collīriis nobilibus
miſcetur caliginem oculorū purgat: ſup-
poſitus aborſum facit infantem in utero
occidit ſternutamenta prouocat polente
mixtus molli ſorices necat elixus cum

carnibus citius eas madidas facit: naz nisi mixtus fuerit polẽte aut sisamo aut suco ptisaẽ aut suco tapsie aut mulse aut suco lenticule aut nisi in pane coquatur dari non potest quia sic ab antiquis inuentuz ẽ filon medicus doctissimus et pfectissimus diligentia longa et ratione scripsit q̃ disciplina elleborus detur Multi ỹo in suco mulse mixtum dant postea dantes manducare illis qui hoc acceperint q̃ sũt fortissimi corpore unde datum discipliã superiori nullã offocationem facere põt cum aceto mixtus et collirium factum & ano suppositum nauseam prohibet.
Ellebori uero nigri radix accepta coleraz et flegma p̃ uẽtrẽ purgat. Alii scamoneã & sal miscent. z. i. multi cum uiscellis eam coquunt multi cũ lenticula nã sic accepta uentrem purgat purgatio illa melãcolicis epilẽticis arteticis et paraliticis medicaẽ suppositа mẽstruis imperat aborsũ facit fistulas purgat imposita & post triduum tollatur, surdis auri ĩposita reddit auditũ post biduum aut triduum eiecta scabiez purgat mixta libanotidi cere et pici liq̃de & oleo citriõ aceto addito sola ut cataplã imposita maculas omnes corporis tollet lepras omnes et zernas limpidat, scabies curat in aceto cocta et gargarismo accepta seu adhibita dolorem dẽtiũ mitigat miscetur et stipticis medicamĩbus mixta uiõ et p̃olliẽ ordei et ut cataplã adhibita hydropicis prestat effectũ et silino fuerit inserta et uino mersa uinum catarticum reddet aqua in qua fusa fuerit, si domui aspgatur muscas et pulices necat hoc cũ foditur celeriter fodi oportet, qa tarditate fodientis usum ebetat aut dolorez capitis cõmouet: nã plurimi fossores eius alleo sumpto & uino potato secure fodiebant. GAL. elleborus uterq; tam albus q̃ niger abstersiue similiter & ca. uirtutis sunt quare et morfeis & empetiginibus & scabiebus et lepris conueniũt quin etiã fistulas mortificant duabus aut tribus diebus, sed dentium doloribus cum aceto conferunt. SERA. auct. gal. uirtus eorũ est que abstergit et cõfert scabiei et empetigini et morfee et egritudini cum qua eleuatur cutis. Et q̃ndo ponitur elleborus niger in fistula dura aufert duritiem illaz in duobus diebus aut tribus. Et quando fit cum eo collutio oris cum aceto cõfert dolori dentium & occidunt colũbos q̃do intus funduntur fabe aut frumentum in aqua in qua infusus est & propinatur eis in cibo: hyppo elleborus niger euacuat melancoliam per feceſſuz & al. p̃ uomitũ AVIC. confert linitus super morfeam cum aceto & similiter super loca ĩ qbus sunt sordes & similiter sup albã morfeaz & eradicat uerucas et euacuatio que fit cum eo confert albaras et silĩter albus: & linitur niger & albus cuz lacte sup scabiẽ & empetiginem cum aceto & ad excoriationẽ linitus ualet & fit cũ eo euacuatio & ad fistulas dura & cõfert duritiei earũ, fiunt ex ea sicut licinia & immittũtur eis eradicant corpora earũ et cõfert paralisi et doloribus iunctuarum et euacuatio facta per ipsum est medicamen eoz oĩm forte Et quando decoquitur cũ aceto & distillatur in aurem, sedat sonitum. Et quando os colluitur ex illo aceto, sedat dolorem dentium: Et quando distillatur decoctio eius in aurẽ debilis auditus, cõfortat ipsum & confert melãcolie que ẽ cũ aliquis solus alieã loqtur et emigranee antique et egritudĩbus capitis epilẽsie & melancolie & confortat uisum, quando ponitur in alcohol. Et soluẽdo educit ex toto corpore absq; horribilitate, et extrahit flegma et coleram & extrahit oẽz superfluitatẽ admixtã sanguini, ita q̃ ab extremitatibus corporis & oportz q̃ fiat uelocis solutionis cum scamonea & misceãtur ei petrosellinũ et daucus & q̃doq; datur in potu hoc modo infunditur in oximelle aut uino dulci & dimittitur in ipso aliquo spatio deinde coquitur uinuz illud cũ lentibus aut cũ ordeo aut gallina & ad sorbiẽdum datur ius eius. Et q̃doq; adiscetur duob9 aureis de eo q̃ntitas triũ anoloſat de scamonea. Et q̃ndoq; decoquitur cum lentibus, etiam quẽ dictuz est in tabulis proprietatum de regimine eius, quod oportet fieri in hoc loco etiaz Et ipse ualde confert apãtibus intestiorũ

& ueſice et prouocat urinaz et menſtrua loco nigri ponitur medium pondus ipſi9 de mezereon & due tertie ponderis eius de agarico: Filius autē meſague dicit q9 loco ei9 poitur cundes .IO. MES. dicit album debere uitari. Eſt enī prefocatiu9 ſuper nigrum autem debere preſumere concordant omēs & proprie rectificādo ſecundum artem et legem, & non cōueīt niſi robuſtis corporib9 et aīoſis et tēpore ueris & proprie datus quidem, quādo et cui conuenit & qualiter acquirere facit iuuenescentiā et incolumitatē et mores laudabiles et cōplexionem bonaz hoc enī eſt proprietas ſicut hippo. dicit et ꝓprie quidem mundificat corpus totū a ſuperfluitatibus materierum corruptarum & ſolutione educit cum facilitate coleram permixtam & groſſum flegma et colerā nigram cum uirtute et ſine moleſtia & mundificat ſanguinē et attrahit a uenis ſuperfluitates admixtas ſanguini: ymmo a toto corpore & a cōcauitatib9 mēbroꝝ & partibus remotis a cute. Et ex rebus ſolemnibus in mundificando cerebrū & caput totū & īſtrumēta ſēſuū & neruos et ueſicā. Et confert iuuamētū magnum egritudinibus earum ſicut eſt ſoda ꝓprie et emigranea et mania et melancolia & uertigo et epilenſia & paraliſis et aque q̄ deſcendit ad oculū & cōfert egritudībus iuncturarum et duritiei et apātibus earū & ſcrofulis & eſt ſicut tiriaca et mediciā antonomatice ad lepraz et cancꝝ et ſpēs herpetis et bothor que ſe cōmedunt. Et ponitur quidem elleborus niger ī alcohol et confortat uiſum. Et ſi diſtillatur acetū decoctionis eius in aurez, cōfert tinnitui & ſibillo et corroborat auditū et colluitur os ex aceto decoctioīs eius et corroborat et confert dolori dentiuz et cōfert egritudībus ſplenis et febribus longi tēporis & q̄rtaē colerice et melācolice et egritudinibus difficilis eradicationis et ꝓuocat urinam et menſtrua: Vſus autem eius colorem efficit bonum et odorem ſilīter oris et remouet egritudines cutis ſicut eſt morfea & baras ſecundū omnē modū adminiſtrationis eius et fricatus cū aceto ſilīter, et remouet fęditatē cutis et pānuz. Albus autē fortiter et difficulter uoēre facit cuz accidētibus tiōris et cōfricatus ex eo ad egritudines cutis confert cum uirtute et curat ſcabiem et empetiginem et lentigines et confert uterq; elleborus fiſtule et ulceribus fraudulentis. Doſis nigri eſt a kirat. vi. uſq; ad .3.i. Cōfectio pillularum quas deſcrīpſit haly, quarum iuuamentum eſt ultimum ad melācolicas egritudines et cancrū et leprā et morfeā nigram difficilem quarū eſt hec ꝓmixtio. ℞. Recipe yerepigre .3.xii. ellebori nigri polipodii ana .3.v. agarici lapidis lazuli, ſalis yndi colloquintide ana .3.iii. doſis a .3.ii. uſq; ad aureos .ii. ſunt ſane et experte.

Elmelich .i. mellilotum.
Elmetos .i. cicer.
Elmele .i. ſal
Elioſparagus teneritas ramorum ſparagi que in ſummitatibus naſcūtur, dictus ab eleos quod eſt ſol, quia ſicut ſol mutat radios ſuos ita ſparagus teneritates ſuas
Eliga .i. anuli uītis.
Elixioēs uitragena uel echine ſeu ꝑdicalis uel paritaria idem.
Elioſtropos quid eſt .I.I. xencua
Elicomalic .i. mellilotum
Elidrus .i. ſerpens magnus
Elitrodani .i. rubea
Eliquiſma .i. raſura nauis
Elixio .i. uitrago uel perdicalis & eſt paritaria
Elimos .i. eraclea
Elixime idem
Elixim idem
Elixfiatum .i. lenticula
Eliſſagnie .i. lapſana
Elima .i. cozumbrum
Elimben .i. caſeus
Elitis .i. lepida : elitis migaxe .i. lepida teneri eraminis & ē ſquama uel ſcoria
Eligma .i. electrum
Eliguati .i. mollis cōfectio
Eliforion .i. aconitum
Elianbatis eſt ſpeties braſſice

CAP. CCXXXXI.

Liotropiū.i.catapucia maior ſed falſo quoniaȝ dyas. facit ſemotim cap.de eliotropia a cap.de cataputia maiori quā uocat eici unde eliotropia greçe ē dictuȝ ſolis cōuerſiua ab elios qđ ē ſol et tropos conuerſio:hoc nomen multis plantis attributū ē eo q̄ plures flores ſuos ad ſolē conuertant quidam pentadactilum ſic uocauerunt quidam cicoream et alii alias. DYAS. cap.đ eliotropio duo facit cap. de primo ſic. Eliotropium maius multi ſcorpioron dicunt eo q̄ flores ſimiles ſūt figure ſcorpii: folia habet ozimo ſimilia et aſperiora et nigriora & haſtas ex una radice quinq; aut ſex cum ramulis q̄plurimis in quibus flores ſūt coloris albi & ſubpurpurei et ſubcitrini ſicut cauda ſcorpii aliud cap.đ eliotropio dicit. Eliotropiū min9 naſcit̄ locis cultis et ī pratis & ſimile ſupradicto ſemē rotondum hēt pendens. Plinius cap.de eliotropio Eliotropiū nomē accepit q̄ priō ſolſtitio eſtiuo floreat uel q̄ ſolis motibus circuȝ acta conueniat unde a latinis ſolſequia uocatur:nam ſole oriēte flores ſuos apit. Item recludit cum ſol recubuerit ipſa eſt quam latini intubam ac uerucariā uocāt ex eo q̄ extinguat uerrucas ex aq̄ potata uel cataplaſmatis uice impoſita uerrucas abſtergit. POSSE. DYAS. huius herbe manipulus unus elixus et bibitus flegma et coleram deponit cū uiō bibit9 ictibus ſcorpionū occurrit. Cataplātibus adhibitus eadem facere poteſt. Multi etiam radicem eius collo ſuſpēdūt contra uim ſcorpionum ſemīs eius grana q̄tuor cuȝ uino bibita ante acceſſionē q̄rtanariis maximum remediuȝ eſt tertianariis uero tria grana utiliter dantur folia eius ī cataplaſmatibus adhibita tuōres ſpargunt mirmiceas corporis purgant clauos corporis lipidāt:ſicca uero folia eius īpoſita podagricis maximū preſtāt effectū trita et matrici ſuppoſita menſtruis imperant aborſum fatiunt:Eliotropii miōris herba cum eius ſemine decocta et cum nitro & yſopo et cardamomo bibita rotondos & latos lumbricos excludit clauos impoſita cum ſale tollit maxime ſi fuerit elixa & impoſita.

Elimon .i.enula
Elia ē ſpēs braſſice
Elicinum quod in petris naſcitur & eſt uſnee
Elicon .i.caprioli uitis

CAP. CCXXXXII.

Licriſi. Paul9 cap.đ ſanguiē cum urina ad coagulatū īqt ſanguinē ī ueſica da apozima artemiſie bibere et elicriſi & conize et cetera. Plinius cap. de elicriſio Elicriſiuȝ alii criſantū uocant. Ramulos habet candidos folia ſubalbida abrotano ſimilia ad ſolis repercuſſum auree lucis ī orbem ueluti corimbis dependentibus q̄ nunq̄ marceſcit naſcitur ī fructice & cetera & iter eius uirtutes īqt ad ſanguinē concretum uentris et ueſice aſſumi cum mulſa.

Elidarium putant q̄ ſit electrū ab aliis dicitur q̄ eſt uernix que proximam hēnt uirtutem.

Elifon apud dyas.eſt ſpeties q̄dā aconiti q̄ apud auic.iterfector leopardi uocatur.

Eligmata ſunt medicine uel potiones

Elimgria idem

CAP. CCXXXXIII.

Liffagus gre. ara. geliſſagos latine uero ſaluia. SERA. li.aggre.cap. geliſſagos auct. dyas.geliſſagos.i.ſaluia & eſt arbuſtum longum habens plures ramos & lignuȝ eius et folia ſilīa foliis citonioȝ niſi quia ſūt longiora & ſtrictiora et rugoſa pauca rugoſitate ſicut eſt rugoſitas panni poſtq̄ abluitur anteq̄ extēdatur & repoātur:& color eius decliāt ad albedinē & habet odorē bonū & hēt ī ſūmitatibus ramorū ſemen ſimile ſemini herbe ſiluris que dicitur ormen. Naſcitur autem in locis aſperis. DYAS. cap.eliſſagus ſiue

eliliffagus ſecundum tranſlationē noſtrā
Eliffagus.i.ſaluia frutex eius eſt oblonga
& multas habēs uirgas quadras et albas
& folia ſimilia malicidoniis, ſed oblonga
minora et aſpera et albidiora et odorata
ſubrugoſa, ſemen ſuper uirgas eſt ſimile
ormino agreſti: naſcitur locis aſperis.
Plinius cap. eliffagus. Eliffagus herba eſt
exalbida haſta ē ei uaſta et quadra folia
aliquatenus aſpera: poteſt enim acriter
reſtringere. GAL. vi. ſim. phar. cap.
eliffagus complexio huius herbe eſt ca.
caliditate manifeſta et ſufficienti et parū
ſtiptica. POSSE. Pli? herba ipſa facit
ad diſſinthericos, et ſucus foliorum eius
capillos generat et urinam prouocat.
SERA. decoctio foliorum et ramorum
ipſius quando bibitur, prouocat urinam
et menſtrua et expellit fetum et confert
morſui uenenoſo ſtrigonis marini et de-
nigrat capillos et confert apoſteātibus et
abſcindit fluxuz ſanguinis et mundificat
ulcera fraudulenta Et cum decoctione
ramulorum et folioruz ipſius fit ablutio
et ſedat pruritus genitalium uirorum &
mulierū. DYAS. uirtus eius ē diuretica
menſtruis imperat aborſum facit pcuſſū
ſtrigois marini mitigat: capillos nigreſcit
ē etiam termantica: & ſanguinem fluētē
ex uulneribus ſtringit, ſordida uulnera
purgat. Elixatura foliorum et uirgarum
ipſius pruriginem nature compeſcit: eſt
etiam uirtutis redarguentis cū acrimoīa
unde ad diſinteriam atq; muliebrē fluxū
quem greci rigeon uocant facit: ſucus
foliorum eius capillos denigrat et urinā
prouocat. Paulus uinum decoctionis eius
confert paraliticis bibitū et cataplātū ſup
ptē paraliticātē. Et dicunt magi de ſaluia
q ipſa putrefacta ſub fimo gēratur auis
quedam habens caudam ſerpentinam, &
albam merule ſimilis, de cuius cinere ſi
ponatur in lampade apparet q domus ſit
plena ſerpentibus.

Elimea .i.unguentum.
Elima .i.panicum.
Elimaticum .i.mel acticum.
Elioſcopos ſecundū dyas. ē ſpēs titimalli.
Elitis ſecundum dyas. uocatur melior ps
ſquame eris.
Elixatura pro ſapa accipitur et ſic debet
accipi quando ſine determiātioē repitur.

Elinx .i.lumbricus.
Elica .i.ſpelta.
Eliſmis .i.paritaria.
Eliſmen idem.
Elimos durkia .i.milium.
Elime .i.panicum.

Elix apud dyas. uocatur q̄dā ſpēs edere
cap. ciſſos que ſeminibus caret folia hēns
minuta et anguloſa.

Elios paragus .i.ſparagus.
Eliſmum .i.plumbum uſtuz.

Elciſmatos uel elciſma grece paulus cap.
de ruptura inguinum, inueni ī antiqſſimo
li. alkimie de greco trāſlato tractura auri
que grece eliciſma dicitur. Item in eodez
li. alibi eliciſmatis. i. molibdie / & quid eſt
molibdia .l. in propria .l. Item in antiquis
ſinonimis inueni eliciſma. i. plumbū uſtuz.
Plinius cap. de ſcoria ſcoriam in argento
uocant greci eliciſma / elkiſmos grece
tractio datio.

Elchidine .i.paritaria.
Eldidel melie .i.corona regis.
Elgil .i.calx.
Elchil .i.mellilotum.
Elkiſma .i.raſura nauis.
Elkirika .i.radix gladioli
uel gladiolus.
Elmia .i.cozumbrum.
Elmis .i.lumbricus.
Elmiraſſitas .i.colera nigra.
Elmiraſſari .i.colera rubea.
Elmites .i.lumbrici rotondi.
Elnichi .i.ficus parue &
mature.
Elpis .i.ſcoria argenti.
Eltica .i.uirtus attractiua.
Eltiſma .i.tractura argenti
uel molida.
Elzimerach' .i.balauſtia.
Elobrothon .i. ypoquiſtidos, &
ab aliquibus dicitur balauſtia.
Elon ē ſpecies ſambuci.
Elcoſpaltum .i.oleum uetus.
Elcon .i.oleum.
Elcos .i.ulcus.

Elkosis .i.ulceratio.
Elsocium .i. iusquiamus.
Eltor .i.succinum.
Elubie .i.fasiolus.
Eluffestedix .i.barba ircina.
Elumaria secundum dyas.uocatur latine speties illa strigni que yponoticus dormitatiuus dicitur.
Elus .i.tuice oculi exitus ab ulcare que clauis dicitur.l.l.clauis.
Elumbre est quidā sapor factus ex suco granatorum acetosorum lacte aīgdalarū & zucaro.
Elbub .i. mercurialis & aliqui dicūt q̄ est speties bautie agrestis fetentis de qua fit galbanum.
Elbue exposita ab auic.q̄ est iuzbue: sed in arabico est scriptum chibaue & ipsum est elbaue & est speties cardamomi: dicit enim ibi q̄ est subtilior q̄ cacula quod ē cardamomū & sic elbue ē speties cardamomī subtilior cardamomo usuali.
Elchuchegi .i.cū aliquis caput ipetuose uertit retro uel ante cū loqtur & mouet ipsum aut facit crepitum ore quando loquitur & pfert uerbū et nescit quid dicat uel cum loquitur sonum facit ut non recordetur uel aliquid facit quod extraneum uidetur.
Elhul .i.fructus iuniperi.
Ellumie .i. alcanna.
Elluben .i.caseus
Emac interp̄tatur sanguis: inde emagogū quasi sanguinem educens, ab emac quod est sanguis, et gois qđ est fluxus. Et ob hoc dicitur emorogias uel emorosagia & dicitur emathites qđ est potens .i. sistens sanguinem: timos enim potens uel sistēs dicitur: inde emadosis .i. secunda digestio ab emac qđ est sanguis & dosis, quod est quantitas, quia in secunda digestione fit quātitas sanguinis cōueiens ad nutritōez corporis antidosis .i. tertia digestio: & emothoica passio dicitur ab emac, quod est sanguis et thois quod est eductio a pectore inde emothoica passio .i. passio in qua expuitur sanguis a pectore per os ſz ab ago agis componitur emac: & dicitur educens sanguinem, id̄ emagogū .i. ducēs sanguinem uel agens & illud uocabulum ponitur in antidotario gal. minori ī quo dicitur antidotum emagogū .i. adiutoriū sanguinem menstrualem educens. Et qđ educit flegma dicitur flegmagogū quasi agens uel ducens flegma et colagogum .i. agens uel ducens colerā: Et melagogū .i. agens uel ducens melācoliam.
Emathites quandoq; inuenitur ī mineris & quandoq; subtiliantur aliqui īadurēdo magnetē, & qđ ꝓuenit inde ē emathites ī operationibus suis, emathites ī mineris īuentus est sanguineus lapis. cuius tritura & confricatura sanguis colorē repsentat & que fluxui cuiuscūq; sanguinis apta est a quocūq; horum nomen accepisse pōt .l.l. lapis emathites.
Emacaron .i.sanguis dracois.
Ema .i.emac.
Emagogum quid est. l l.emac.
Emathisia .i.sanguis effusio.
Emasum .i.prunum.
Ematica sunt secundum alexandrū cap. de medicinis, ad frigidū stoācū iunctiones seu salsamenta ī qbus morselli intīgūtur.
Embasmata .i.salsamenta uel inunctiones.
Emfrasis .i.opilatio, inde emfraticum .i.opilatiuum & confraticum .i. opilationem soluens.
Emplagia .i.paralisis.
Emplastrum diazimia .i. de fermento.
Emplastrum diamenomis est quod de cocleis conficitur.
Empraticum est quoddā genus miconii.
Emscara .i.crustula q̄ suitur đ scabie uel de uulneribus uel de apātibus.
Emedia .i. stupor dentium ex esu punticorum proueniēs uel cōmedendi poma.
Emera .i.aurora diei.
Emerus .i.ortense olus.
Emeluche .i.alacuen alba.
Emethos .i.uomitus uel nausea
Emergi .i.qđdā gen? pilcis
Emeruchie .i.anuīden.
Emkersim romanum .i.spica celtica.
Empnensis .i. aspiratio soni.

uoris inſpiratio
Emquenea .i.uſnee
Emis .i.ſemis dicitur uel
medietas inde emigranea.i.dolor medi-
etatis partis capitis et emitriteus .i.me-
dia tertiana
Emina dicta ē eo q̄ ſit ſextarii medietas
cōtinet autē ciatos.ix. eſt ſecūdū yſidorū
menſura liquidorum apprehendēs lib.i.
Emina romana ē.⅓.xx.& italica et egip-
tiaca.xxvi.⅓ ſextarius eſt lib.ii.
Emitritea eſt febris cōpoīta
ex duabus febribus quarū una ē tertiana
ab emi quod eſt ſemis et triteus quod ē
tertiana
Emiones .i.mulus quia eſt
ſemi aſinus
Emitheos .i.ſemi deus
Emigeon .i.ſemi uncia
Emiſton .i.ſemi ſextarius
Emigranea quid eſt .l.l.emis et denūciat
curſum aque ad oculum in fine aut dila-
tationem pupille
Emblici & bellirici iter mi-
tabolanos non cōputantur & ideo uide
quia diuerſa facit cap. Auic.& Sera. &
alii q̄is ſimilis operationis ſint pro q̄bus
.l.l.halilig
Emphimia .i.grauitas tumida
palpebrarum
Empima eſt ſputū ſanioſuz
inde empicus
Empiema uel empiima dicunt greci col-
lectiones ſiue apoſteāta occulta atq; uiſui
abſcōſa in altioribus uiſceruz partib9
nata: nam greci emcatalipſum uocant
Empitiſma .i.fomentatio
Emplieu anteſis .i. uentoſitas uel
inflatio
Emoroide naſi .i.polippus
Emorogia .i.ſanguis diſcurſus
uel fluxus
Emorroſagia idem
Emoptois .i. ſanguis emiſſio
Emoptoicus .i.ſpuens ſanguinē
Emodia .i. ſtupor dentium
ex eſu punticorū proueniēs uel cōmedēdi
poma & poteſt dici ſtupor cuiuſq; mēbri
Emola .i.harmel

Emoroida .i. quedā egritudo
ani proueniens a fluxu ſanguinis illi9 loci
& aliquando inflantur uene emoroidales
ſine emiſſione ſanguinis & cum dolore
fortiſſimo
Emoroſagia .i.ſanguis fluxus
Embroca .i.infuſio quā nos
dicimus fomentum & embrocatio .i.in-
fuſio.ſ.quando ab alto infunditur
Embrobata .i.exteriora ſarmēti
Embrotoſcomus .i.curuatio ſpaſmoſa
corporis ex parte poſteriori
Emulgētes puto q̄ ſint due uene magne
que uadūt ad renes
Embula .i.canalis uel fiſtula
uel aliquid ſimile arundini
Embut .i.ſpina alba
Embuta uirtus .i. attractiua uel
appetitiua
Empuris quem noſtri ſalſifragam uocāt
Plinius naſcitur in montibus maritimis i
ſaxo qđ ꝓpinquius mari fuerit ē ſalſum
& latini uocāt eam cretanum marinum
Empurios idem

CAP. CCXXXXIIII.

Nancium grece latine ante-
florum uel flos uitis agreſtis
uel flos uitiſſi & de eis īueīes
ſiliter in.l.harin. DYAS.
cap.enancium flos eſt uitis agreſtis q̄ cū
ceperit florere colligendi ſunt flores ipſi
& deſiccandi & alio nomiē uocatur uitis
iſta lambruſca flores eius optime redolēt
& ſiccātur in umbra & in teſta reponēdi
ſunt melius naſcitur in ſyria .POSSE.
DYAS.uirtus eſt ei ſtiptica unde ſi bi-
bitum fuerit euſtomaticū eſt et diureticū
uentrem ſtringit ſanguinem reiicientibus
ſubuenit & bibitum et impoſituz ſtoāco
fetorem oris emendat digeſtionē ſtoāci
celebrat mixtum oleo & aceto dolorem
capitis fomento tollit: ſiccus et uiridis in
cataplātibus adhibitus uulnera recētia
ſine tumore ſeruat egilopas ī initio uul-
neribus oris & gingiuarū utile ē uulnera
ueretri ad ſanitatem perducit melle ad-
dito & oleo roſarum & croco et mirra

peſſariis neceſſarie adhibetur: fluxus matricis peſſario facto ſtrīgit: reuma oculis ſuſpendit cataplātibus adhībitū ſtomaci egeſtionem ſoluit & maxime cum polēta & uīno mixtum et īpoſitum. Cōbuſtū uero īn teſta cū carbonibus colliriis bene miſcetur: panaricia oculorū & pterigea purgat melle addito reuma gingiuarū & uulnera curat.

Enanarra .i.cardus.
Ennara idem.
Ennacion ē herba hēns folia ut paſtinaca & eſt cicuta.
Enbalmata .i.fructus iuniper i.
Encatiſma .i.ſeſſio in aqua uel balneo particulari uſq; ad umbilicum uel fumigium.
Encaraſſis .i.inciſio uel caraxatio.
Encantis ē caro ſuperflua in angulo maiori oculi corpulenta.
Encanſeos .i.aeris aduſtio.
Encafalos .i.medulla capitis
Encatera .i.ſalſum.
Encantiſma .i.encatiſma.
Enfractica dicuntur, q̄ facile corrūpūtur in cibis uel enfractica.i.laxatiua, aperitiua uel uaporantia.
Encatiſma grece .i.ſeſſio in aqua canam ſic uocamus decoctionem aliquam in qua quis ſedet, ꝓpter egritudiēs renuz & inteſtinorum ueſice et ani matricis & ceterorum membroruz inferiorum: unde kathime grece ſedeo, ide cathedra.i.ſedile.
Enkardia .i.uiſcera uel p̄cordia.
Entalon .i. daſnoides.
Entaticum .i.medicamē libidis coitus prouocatiuum.
Entali .i.ſentali.
Entanicos .i.ferrum indū, qđ indaricum dicitur.
Enconia .i. iniectio uel relaxatio.
Enema .i.infuſio q̄ inicitur per criſtere uel decoctio que p criſtere inicitur, ut apparet per auic. priō canoē fen. q̄rta. cap. vii. circa finē q dicit, q̄ melius ē medico, cū medicina ſupflue educit ut ſit preuiſor in enematibus & ipſorum inſtrumētis in enematibus .i.decoctioīb9 criſteriorum & ī inſtrumētis.i.criſteribꝰ nam enemata & ipſorum .ſ. enematum inſtrumenta.
Enreuma .i.illud q̄ſi ſedimen quod ſtat in medio urine.
Enerorima interpretatur pēdēs uel claudentia uulnus.
Eneſton .i.fenum.
Eneorma .i.pēdens malum.
Enchelis .i.anguilla.
Enchema .i. emplaſtra q̄ recētibus et cruētibus īponūtur uulneribus.
Encheraiſtos appellāt ꝓprie melācolicos quoſdam qui uidentur a quibuſdā maioribus reſpici uirtutibus in predicere futura, quēadmodum indiuinatores.
Endehuſtum .i.exuſtum.
Enphericon .i.ypericon.
Engere .i.urtica.
Engedanum .i.ſimphium.
Enchenum .i.frīgida cohercēs curatio.
Enpetigo lapidis quid eſt.i.i.lithim
Entera .i.inteſtina, inde lientaria diſinteria & cetera.
Enterocellicus .i.cuius inteſtina ī oxeum deſcendūt, & ſunt hernioſi.
Entheaſmos ē ſpēs melancolie, qua homines dicuntur habere demoniū.
Enthelachia idem
Entereon ſecundū dyas. cap. de ferula a multis uocatur ferula.
Entero idem
Eniſit .i.aniſum
Enigdenis .i.ſerpens
Enidi .i.medicīā ydragoga
Eniſcus .i.rubus.

CAP. CCXXXXV.

Niola latine uel aurigea uel aurigalis uel reiecialis, grece uero orminon. DYAS. cap. de orminon. Orminon habet tyrſum cubitalem quadrum, folia ut marubium exiſtentia florē hēt magne figure: cuius lateralia folia ſunt ſicut aurea lamina propendentia cum ſeīe longo aut nigro. Eſt alia agreſtis appellata cum

ſemine rotondo aut flauo et acriori flore albo. POSSE: facit utrumq; orminon ad oculorum argemona ſeu leucomata: folia priē ſpetiei ſtirpes educit a corpore & uenerem mouet et unguentis miſcetur ualētibus ad ſcabiem empetiginē et leprā & ingreditur in ſyrupo urſonis poſito in antidotario gal. minori.

Enimon .i. apocruſticū medicamen.

Emugum .i. lignumaloes.

Empnion .i. fātaſma uel uiſio in ſompno.

Empnos .i. ſemiſompnium.

Enbīt .i. ſpīna alba.

Enchicatiſmo .i. infundo uel aſpgo.

Encliſma .i. infuſio ī naribus.

Encliſtra .i. liqda. q̄ liniuntur

Endiuia quedam domeſtica, & ē ſcariola domeſtica uel cicorea domeſtica, quedaz eſt ſilueſtris & ē ēdiuia uel ſcariola ſilurīs uel cicorea ſilurīs, et uocatur ſponſa ſolis uel ſoliſequia ſed quid eſt. l. l. cicorea.

Endima .i. ſeuum.

Endiachechon .i. ulcus oculi lōgo tempore tardum ſuppoſitionibus, ac liniméntis uariatum.

Enfiſena eſt inflatio facile cedens impreſſioni undiq; alba, differēs ab ypofregmate eo q̄ alba oculoz extātiora a circulo pupille uidentur ex ſupfitie priē tunice, uel ut ſcabra exurgens quam nos puſtulam dicere poterimus.

Enkilia .i. inteſtīna.

Enquimatiſmo .i. infūdo uel aſpgo

Enrīnon. .i. capitis purgatorium quod per nares inicitur.

Entridatum .i. rubea tinctorum qua utuntur tinctores.

Entiſiaſticus .i. melācoliā patiēs.

Entiſmos .i. fermētatus.

Enthimon grece piſcis dictus rubeus.

Enodus īterpretatur bene olēs, ab eu qđ eſt bonum.

Enoríſma, .i. caro ſuperflua, q̄ oritur in uulneribus.

Enon .i. caute.

Enondon .i. ruſiniolus auis.

Enoſtum .i. fenum.

Enones .i. bederog.

Enogefales .i. cefaliōnus

Enodis .i. boni odoris.

Encholpiſmus .i. īniectio īmatricē alicuius medicaminis.

Enſcotaſe .i. ſiccaz matricem habentes.

Enula ſecundū dyas uocatur eleniuz, uel elna pro qua. l. l. elenium.

Enula campana idem.

Enuſtica .i. atríplex.

Epatica quid eſt. l. l. azem alfaker.

Epar pro eo. l. l. rebith.

Epaferes .i. heriſipilla.

Epaumaſticus grece eſt ſpeties ſinochi ſp decreſcens.

Eptafilon eſt planta. vii. folia habens ſimilia pentafilon. Duas habet ſpeties: una habet radicem tenuē ramoſā & tortuoſam: & rufam folia aliqualiter piloſa: Altera habet radicem groſſā itus rufam folia piloſa, flos utriuſq; auroſus primam ſpetiem tormentillam uocant & eſt biſtorta.

Eptaleuron. eſt eius īterptatio .vii. coſtarum & eſt plantago maior, pro qua. l. l. arnogloſſa.

Epta .i. ſeptem.

Epeticon .i. aurigea uel aurigalis.

Epedion .i. cauda equīna.

Eppeticon .i. ſcopa regia.

Epithimum quid eſt. l. l. achemon.

Epilatum dicitur medicamen p os ſūptū ab epi quod eſt ſupra et fero.

Epilotrica .i. uulnus carne repletum.

Epithias .i. pillule.

Epilogatio .i. momentum.

Epilatride .i. ruge in fatie.

Epizoconta .i. diafragma.

Epiplate .i. habundātia malorum humorum.

Epiſpactica .i. aductoria.

Epilontica .i. ſanatiua.

Epizocontarmeron .i. membruz ī inferioribus infra coſtas.

Epicauma eſt ulcus ſordidū & rabidum oculi.

Epistotomis .i.spasmus qui declinat ad anteriora.
Epi grece prepositio significat aduersum uel aduersus, cis citra contra sub super ergaīn:pro secundū adiuncta.
Epialtes dicūt greci nos efficaltes īdubio dicimus.
Epithatis ab aliis elleborine uocatur, & ē planta quedam parua exiguis foliis & cetera. Plinius.
Epicauma a paulo uocatur, quarta spēs ulceris cornee oculi earum quas describit ut supra ī.l.butrion. Idem demostenes & est eius expositio ustura.
Epidimia grece supaduenies:nā epidimō aduena, & uidetur esse genus ad paudimon & pestilentiam.
Epifora dicitur ab epi quod est supra & fero fers.i.reuma in superioribus scilicet ī oculis & ideo epifora grece.i. supīfusio reumatis descendentis ad oculos & est cū inflationibus et doloribus.
Epigototum .i.omētū uel cīgulū membranū quod circūdat latera in quo fit uera pleuresis.
Epitrides .i. lactuca agrestis.
Epilata .i.mediciē laxatiue per os sumpte & maxime leues.
Epialos .i.febris in q̄ calor occultator, & apparet in ea frigus.
Epilensia .i.morbus caducus eo q̄ cadit patiens cū ea capitur pedicon a pueris quibus facilius et sępius accidit: Nam pedia grece puer, comitialis morb9 etiā dicebatur eo q̄ si aliquis hoc morbo in comiceis forte caderet agendis, absoluebantur comitia, et ād aliā diē trāsferebantur ex augurio comitia dicebantur, conuentus uniuersi populi kalendas ianuarii roē in cāpo martio ad magistrat9 creādos hic sacer morbus etiā uocabatur, eo q̄ partem corporis possidebat in qua animam habitare dicebant: dicitur etiam lunaticus morbus eo q̄ secūdum motum lune cōmoueri uidetur. Alexander cap. de epilensia inquit uocatur, quia obtinet & tenz omnem sensibilitatem captiuam, uocant alii eā yeronoson.i.sacrā passionē, eo q̄ sacerdotalis oneris possideat tēpluz .i.cerebrum in quo anima habitat. Alii uero eracliam uocāt, propterea qa fortis fit et nō facile elidatur ipla & cetera hoc morbo dicunt herculez captum fuisse & forte ob hoc heraclea dicitur.

CAP. CCXXXXVI.

arabicam.Id quod de ipsa administratur, est radix huius cuius sapor est amarus ī fine amaritudinis.Et uirtus eiꝰ ē magna ī mūdificatione & absterſione & apiedo opilatione3:est enī calefactiua & stiptica Et idem eodem libro & eode3 capitulo secūdum translationem grecam:gētiana huius herbe radix efficax est ubi oportet subtiliare aliqd:& abstergere & deopilare,nec est mirum si hoc potest amara uiolenter existens.SERA.ego non uidi medicinam meliorem in morsibus canis rabidi quando datur ex ea qualibet die 3.i.trita & cribrata cum.3.i.mirre,& cu3 3.ii.pulueris cancrorū fluuialiū adusto,& in principio egritudinis anteq̄ timeant aquam:& hec quidem planta contraria ē uenenis mortiferis:& aufert nocumētū eorum cum auxilio dei DYAS.gētiana ē acris & calefactoria & relaxās acrimoia & amaritudine sua:partum expellens & serpētes fugans.Radici eius uirtus ē ca. & stiptica que radix.3.ii.cum pipere & ruta,& uino accepta morsibꝰ uenenatis occurrit:suci eius.3.i. accepta doloribus laterū & conq̄ssationibus utiliter ꝓdest stomaticis & epaticis cum aqua bibita maxīe prodest:sicut collirium suppoita radix facit aborsum:uulneribꝰ impoſita medetur:sucus eius sicut licinīū inūctus tumorem oculorum compescit:maculas corporis tollit.Radix uero infusa in aq̄ diebus.v.& postea cocta q̄diu uirtutem ex ea dimittat cōfricatur,& sic deliq̄tur postea aqua ipsa recoquatur q̄diu mellis spissitudinem faciat & reponitur in uase fictili ad usum.

Gengilida .i.rapa
Gensеit .i.opoponax
Genotium .i.marrubium
Genoscon .i.usnee
Gemoti .i.fermentum
Gepelbatar .i.aspaltum
Geptealbatar idem quod supra
Gepteroia .i.pix
Gepion .i.aaron
Gepsein .i.lapis gipsi lumīosus pui9 cui9 subtilitas augmentatur cum aduritur.
Gepsin idem quod supra
Geps idem quod supra
Geraps .i.peristeraon
Geramum .i.terra

CAP CCLXXXVIII.

Eramon DYAS. capitulo geramō.Geramō.i. cicutaria siue oxifilon : siue ut latini perimoia:cicutaria herba est folia habēs filia ammomi diuisa,& oblōga est radix illi rotunda & dulcisque cōmesta:aut cū uino bibita.3.i.inflationes matricis soluit siue uentositates:& inflationes. Est alia species huius herbe,uirgas habēs tenues & pulueratas duobus palmis a terra ascendentes & folia malue similia : & in sūmitate uirgarū caput est sicut cicoree, sed hec medicine apta non est.

Gera sacra uel diuina pigra amara
Geramos .i.grus
Geramion .i.herba muscata
Gerauera .i.hostia molendini
Gerapium .i.sulfur uiuum
Geram .i.cinis
Gerad .i.grillus
Germandrea.i.camedreos,& ē quercula maior.

CAP. CCLXXXIX.

Ermanum latine uel siligo: grece tifa uel sithus arabice siligohīh GAL.primo de eduliis cap.tifa.auct. dioclis & menelithei ait q̄ post frumentum : & ordeum melius quidem tifa idest siligo. Etenim sufficienter nutrit & cum multo labore digeritur,panem autem assidue ex eis cōmedens nullus utiq; ex incōsuetorum huic edulio sanꝰ erit:neq; oio si modicū est ei graue & indigestibile:semen autē huius tife habet quidem exterius leuam idest corticem & a quibusdam uocatur paruum frumentum & equos: hāc q̄dē innocue comedere:uti autem frumēto non sine nocumento:nō improbabiliter autem utiq; quidam nominant ꝓuum frumentū tifa3. & colore & spissitudie & calidītate uirtutis assimilatam ipsi.Et idem.vi.sim.phar.cap.sithus.Sithꝰ siue

siligo acrior est credo non parum, & cachochia cū tam ex putrefactiōe fiēs est autem inflatiua & hec quidē habet acre & calidum: plurimum uero frigidū aquosum acre. SERA. libro agre. cap. Siligo, Siligo uel hals auct. dyas. sunt eius due species, in una iueniuntur duo grana, & in alia unum & quodlibet granum in cortice suo: & illud plus nutrit qua ordeum & est boni saporis, panis uero q̄ fit ex eo minus nutrit q̄ panis tritici. Et idem auct. gal. Substantia huius grani ē media inter substantiam tritici & ordei, q̄tum ad cibum & secundum medicinā etiam. Et ex hoc potest sciri operatio eius per illud qđ diximus de tritico & ordeo. Gersa est quoddam, quod fit de plūbo & aceto & uocatur gersa uel ceruſa que uocatur gersa serpentarie que p̄ōt fieri ex serpentaria minori & maiori sicut inuenies in. l. Aaron, & illa ingreditur in ūguento citrino qđ ponitur ī antidotario gal. minori.

Gerestreos. r. terra rubea & est bolus armenus.

CAP. CCXC.

Erebotanus uel peristerion grece: ara, alhea: latine uero berbena uel sacra herba. Sciendum q̄ pria species gerebotanī est centrum gallī: & est supina: secunda spēs gerebotani est berbena que dicitur gallinacea & est recta: & ī̄ uocatur orthos ut apparet in. l. orthomia & hoc dyas. dicit. cap. de gerebotano & prima species gerebotani a quibusdam uocatur peristerion: & illa est centrum gallī: & ideo ī littera. p. facit semotim capitulū ab illo quod incipit gerebotanum & illud īcipit peristerion unde dicit gerebotanū, ideo nomen accepit tale quoniam sacerdotes eā purificationibus adhibere cōsueuerūt. Plinius iunior capitulo. de gerebotano. Gerebotanum ideo a grecis hoc nomen accepit quia est remedium purgamentis hominum & purificationibus sacerdotū agentibus. p̄babatur. ūde & eā pōtifices saguima uel sagimē appellabant quasi sancimen: hac iouis ara ueritur: domus purgatur: lustraturq; hanc pagani ad hostes ferre solebāt tuti: hec & berbena quia pura & ideo pagani in sacrificiis ea utebantur. DYAS. cap. de gerebotano. Gerebotanum quam multi peristerion aut berbenaz dicunt species habet duas una est supina: altera recta pria uocatur sydericis curetis & alchea & cyperissis & asclepius in libro memorat: & pythagoras eristeptron nominat: latiē dicitur licinia quasi lustrago uel uertipediuz: uel centrum galli: secunda quam erectam diximus, uocatur etiam trigomō bumo uel gerebotanum hercularia, latiē crista gallinacea uel berbena: utreq; folia subalbida & ueluti īcisa habent similia drio sz̄ angustiora & uirgas ī cubiti lōgitudie & amplius, & angulosa & radices tenues & longas. Plinius iunior cap. de centrum gallo: centrum galli quoddā ē domesticū esui aptum maioribus foliis oblongis & rugosis: flore albo: serit ī ortis. Silueſtre minoris plante foliis partitis & rugosis semie nigro quod multi integrū ī oculis ponentes ipsos clarificare dicunt: obhinc sclaream uocant & eracleam & ferariaz nigram. GAL. viii. sim phar. capitulo peristerion: Peristerio nominatur sic ex eo q̄ columbe conuersantur ī eo, uirtutē habet siccatiuam ut consolidet uulnera. POSSE. DYAS. radix berbene & folia cū uino bibita & cathaplasmatibus adhibita, hyctericis medētur & morsib9 uenenatis occurrūt foliorum eius. z. i. cū uino īpōīta p dies q̄tuor & gargarismo ipa folia adhibita uulnera oris & putredines tollunt. Elixatura eius si ī commuio asparsa fuerit, ylaritatem prestat: datur uero tertianariis cum foliis tribus & radicibus tribus. q̄rtanariis uero q̄tuor numero: foliis & radicibus tota herba uulnera gluctinat & alienatiōes stringit & ad omnia uenena potui data optime facit. hec autem herba īde nomē accepit q̄ sacerdotes eā purificatioib9, adhibere consueuerunt. In passionario habetur q̄ si medicus uisitando infirmum ipsaz ī manu portauerit egroto insciēte & dicz

egroto q̄liter es si eger dicz bene sanabit. Et si dicet male morietur. Paulus aqua decoctionis eius matricem mundificat optime: & menstrua prouocat. Semen eius cum suco feniculi in oculis īpositus ipsos mundificat.

Germen .i. semen.
Gerion .i. betonica.
Geris .i. īcubus.
Gergir .i. eruca uel ozimuz.
Germina .i. effectus.
Geroncei .i. senationes
Geroboni .i. plantago.
Germon .i. linum.
Gerusan .i. lolium.
Geruserion .i. rāpnus.
Gergues .i. semina sinapis.
Gesasteria .i. creta.
Gesaffeb .i. terra astra & interpretatur rubea & est bolus armenus.
Gesanfelum sulfur uiuum.

CAP. CCLXXXXI.

Essaia secundū dyas. ē terra a ge. qđ ē terra & samos qđ est insula quedam: inde gessamia terra q̄ auffertur a samos īsula. Eligenda est que est alba & leuis: lingue adherens & spargens se super cartam & fragilis qualis est quam multi colírion dicunt: duo sunt genera eius unuz quod dictum est: alterum quod dicitur astra placondes quod est laminosum. Plinius cap. gessamia. Gessamia terra ē naturalis apud greciam quam optimaz iudicamus que est leuissima & cādidissima fri. & sic &cetera. POSSE. DYAS. ambo genera uirtutis sunt stiptice. Cōburūtur autem & lauantur sicut terra, q̄ dicitur eratrias: sanguinem reicientibus cū aqua bibita & magis imbrili. subueiunt uētriculosis & disintericis: fluxum mulierum strigunt cū balaustia date cuz aq̄ trite & peruncte tumores tibiarum & testium compescunt: oleo rosaruz mixte sudores prohibent. omnibus uenenis accepte cuz uino occurrunt.

Gessecāna est lapis quo aurifices utūtur ad aurum limpidandum. Eligendus est lucidus & grauis: uirtus est illi frigida stiptica stomaco acceptus medicatur reuma oculis abstinet uulneribꝰ cū lacte īnfusus opitulatur.

Gessase .i. spōgia marina.
Gesentera .i. isculi qui dicuntur lūbrici terre.
Gesse. i. quando oculi post dormitionem aperiri non possunt.
Gesichim .i. gariofilata.
Gesimum .i. rosa.
Ge ist loco eiꝰ ponitur cortex uel pellicula que est inter corticem & fructū glandis uel castanee: & est quidam fructus quo caremus habētes figuram pinealez i eius capite sunt sicut due spine: & similatur multum amīgdalis fri. est & sic. cōstrigit omnem fluxum & potissime sanguinis

Gethel .i. pulegium.
Gethe idem quod supra.
Gethefarin .i. marrubium.
Gethir .i. eruce.
Getisimeten nuces sunt cuiusdaz arboris equales fere in longitudine que faciunt dormire usq; ad mortem & nascuntur. sibilie.
Gezar .i. baucia.
Gezamor .i. rāpnus.
Gezablon .i. andacucha.

CAP. CCLXXXXII.

Ezear secundum dyas. sunt eius tres species una species eius est cuius folia sunt minora foliis feniculi. Et est in eius forma & est quod est superiꝰ est citrinum: & habet sūmitatē sicut habet coriandrū & anetū & habet fructum albū acutū boī odoris & masticatioīs: & nascitur ī locis spatiosis solitariis & lapidosis. Et est alia ortulana que similatur herbe apii romani acuta. Et est adustīa boī odoris. Est alia cuius folia sunt sicut folia coriandri & capitella sicut anetum & habet sicut capita nucis plena semine que sunt sicut cinamomum ī forma & acuitate sua. in fine secundi hu. in secundo conferunt folia euis trita ulceribus corrosiuis

Gleucon .i.muſtum
Gremale .i.emplaſtrum
Greſſa .i.uernix & eſt ſandaros
Geaucia .i.ſucus celidonie
Gia .i.terra
Giampelitis.i.creta nigra ut aſpaltum.
DYAS.cap.giampelitis eſt genꝰ crete, uel terre nigri coloris ut aſpaltum.Illaꝫ uero optimā eſſe dicimus,que ē nigerria & ſplendida ac leuis & humore attracta reſoluitur citius uires habet ſtringentes. Nam callamos inficit,& ideo in oculorū blefora mittitur.

CAP. CCLXXXXIII.

Ieriterias ſecūdū dyas.cap. gieriterias ē ſpecies terre uel luti que eſt alia alba,alia cineritia ſiue aerei coloris & maioris glebe, ſed probabilior accipitur cinerea mollis & lenis & erugineas habēs uittas, uritur autem hoc modo,cōciſa gradatī ī ciceris magnitudinēī uas fictile mittitur tenuiſſimi corporis atq; tenuiter e lateribus perforata:tunc eius oculo priꝰ obſtruſo circūdato carbonibus īcenditur, adhīto motu donec aereus ſiue cinereus color uideatur: poſtea uero ſic lauatur trita in aq̄ finitur reſidere, & tūc leuiter liquor effunditur, & ſedimē reſidens ſub ſole ſiccatur.Et ita rurſus teritur & ad ueſpā ſupermittitur aqua,& coopculo tegitur, dehinc ueniente die aqua liquatur atq; in ſole ſedímina in rotulas colliguntur & ſiccantur:habēt enī uirtutē coherētez ualde & efficatiorem q̄ geſſamia, deniq; uulnera congluctinando medentur. Eſt autez optima gieriterias que ē ſine ſablōe & ſine lapillis.
Gii.i.terra nidi yrūdinis que ſecundum dyas. eſt conſtrictiue uirtutis, medetur deniq; uitia tumentiū fauciū & gleboſas adunatioēs felliculi ſiue māmaꝫ ſiccādo,
Gi idem quod ſupra
Guilben .i piſa legumen.
Guintas .i.uertigo
Guintiſe uel offey.i.gūmi edere.
Guilub .i.muſtricus lapidis.
Giboſis interpretatur incuruatio ūguiū. unde gal. giboſis unguium ptiſis eſt ſignum.
Gibolon .i.tapſia
Gibum .i.caſeus
Gibuzar .i.antrax
Gibufilon .i.filipendula
Cicion .i.lutum
Ciceron idem quod ſupra
Gicea .i.iacea
Gaci .i.gichia
Gicuale .i.cicada
Gicual .i.muſca uiridis
Giculotides .i.zenzala
Gifa uel gifi eſt ſuffumigationis genus quod inter medicamenta iueníes de cuiꝰ fumo trociſci ydiotri ſiccantur.plinus.
Gigarta.i.arilla ſiue ſemina uue.
Gigaſol .i.affodillus
Gigaparon .i.rupis cōcauum
Giramia .i.granum regum.

CAP. CCLXXXXIIII.

Igeg ara .latine gallina uel gallus hic loquitur de gallo, ſed pro gallina.l.l.latamie.
SERA. li.agre.cap.gigeg.ſiue gigegi uirtus eius decocte eſt que rectificat & ſi eſt decocta forti decoctiōe,laxat uētrē. Idem auct.dyas.galli uiui q̄do ſcindūtur per mediū & ponūtur calidi ſup morſuꝫ animalis uenenoſi conferunt,& oportet q̄ remoueatur unus ſepe poſt alium. Et cerebrum eius cum uino bībitum ad hec ualet;& abſcindit fluxum ſanguīs mīrīgarum cerebri,& q̄do decollatur gallus & euiſceratur, & accipit pellicula ſtoāci eius interior & deſiccatur & teritur & datur de ea in potu cum uino conuenit: habenti dolorem in ſtomaco ſuo. Et ius pullorum gallinarum acceptum conueīt ad rectificandum complexionem corpū egrotantium & maxime habentium inflationeꝫ in ſtoāco :ſꝫ ius galli decrepiti adminiſtratur ad laxandum uentrē. Et oportet q̄ extrahas īteriora eiꝰ & leuēt & repleatur uenter eius ſale & coquas ī xx.ptibus aque,donec redeat ad ſextam & bibatur:quidam uero coquunt cuꝫ eo caules marios uel cartamū uel polipodiū,

laxat enim humores groſſos uiſcoſos: &
eſt conueniens febribus ātiquis ꝓpodicis
& rigoribus eorū: & tremoribꝫ iūcturaꝝ.
DYAS. cap. de gallo quidam coquunt
cum eo cauliculum agreſtē aut ſuncum
aut polipodium aut herbam mercurialis,
aut ſemen cardi hoc iuſcellum deponit
humores crudos & nigrā colerā: utilis ē
rigoribus febrium tipicis egritudinibus:
tremoribꝫ īflatioībꝫ ſtoāticis aſmaticis
& arteticis ſingulare preſidium eſt. IO.
MES. cap. de gallo: ex gallis melior eſt
qui nondū calcauit: decrepiti aūt carnes
male ſunt: acquirunt enim nitroſitatem
& ſalſuginem & non cōpetūt i re ciboꝝ
ſed potius in remedicine: & proprie ius
eorū. Et ē illud quod hic conſideranduꝫ
melior gallus ad hunc uſū eſt ſicut dixit
gal. qui eſt ruffus antiquus: ymmo quāto
antiquior, tanto melior & qui eſt uelox
ad motum & ardens ad coytuꝫ: & fortis
ad dimicandum in quo ſit mediocritas
in pinguedie & macie. Et ius galli ātiqui
calidū ē propter nitroſitatē & ſalſuginē
& lauatiuum abſterſiuum. apitiuum &
exterminatiuū uentoſitatum, ꝓuocatiuū
& ſolutiuum nature. Operatio iuris
gallorū ſecundū ꝙ docuit gal. eſt in hūc
modū oportet ꝙ cibetur gallus ut dixit
Alcaugi ſurfure melle & ſale pauco: &
fatigetur poſt illud fatigatione ducente
ad laſſitudinem. Et dixit etiaꝫ Alchaugi
melius eſt ut fatigetur dimicando: deide
abſcindatur caput ipſius & euiſcetur, &
ſaliatur ſale aut ſalegēma & decoquatur
in aqua ſufficienti cum facilitate ad cō-
ſumptionem duarum ꝑtium aque. Et
ſunt quidaꝫ qui ponūt in decoctione eiꝰ
alia ſecundum intentiones diuerſas, &
miſcetur decoctiōi eius turbit aut car-
tamus: & ſolutione educit flegma: cum
polipodio uero educit melancoliam: &
ſimiliter cum epithimo & ſemie dauci &
aneti excludit & carminat uentoſitates:
& coctuꝫ cū ſalegēma & dauco & aneto
& polipodio confert dolori ſtomaci &
colice & iliace: & dolori renali: & cōfert
doloribus iuncturaruꝫ. Et ualet ſimiliter
ad idem coctuꝫ cuꝫ cartamo aneto &
ſalegēma: & cōfert aſmaticis cū alaſce
& yſopo: doſis potō ipliꝰ ē circiter libras
ii. AVIC. li. ſecūdo cap. gallina & gallus.
Ius gallorum antiquorum ꝓprietatem
habet quam dicemus, modus uero quam
gal. narrat in decoctione eorum eſt
ut decollētur poſtq̄ cibātur & nutriūtur,
& fatigantur faciendo eos currere ut
cadāt & decollētur, deide extrahatur qđ
in uentribus eoruꝫ eſt & īpleātur uētres
eorum ſale & ſumantur & coquantur
cum .xx. cotillis menſure aque uſq; quo
perueniāt ad tres cotillas & bibat totū
in loco uno. Ruffus gallorum melior eſt
ille quī non cantat adhuc & gallinarum
que nōdum parit ouа: antiqui uero ſunt
mali. Adeps pullorum calidior eſt adipe
gallinarum magnarum. Teſticuli galloꝝ
laudabiles ſunt uelocis digeſtionis. Ius
gallorum predictum conuenit tremori
& dolori iuncturaruꝫ, ſed oportꝫ ut co-
quantur cum polipodio & aneto & ſale
in .xx. cotillis donec remaneant tres aut
quatuor. Caro gallinarum que ſunt
pulle in intellectum augmentum efficit,
Cerebrum gallinarum prohibet fluxum
ſanguinis nariū accidentē ex uelamibꝫ
cerebri. Ius gallorum predictuꝫ cōuenit
aſmati. Caro gallinarum clarificat uocē,
Ius galli uetuſtiſſimi cū aneto & cartamo
conuenit oībus illis. Et iſſedebeg gallorū
ſanat inflationem ſtomaci. Ius gallorum
conuenit dolori ſtomaci ex uentoſitate.
Ius galli ueteris cum polipodio & aneto
conuenit colice ualde. Caro gallinarum
que pulle ſunt augmētat ſperma. Et ius
predictuꝫ cū polipodio ſoluit melācoliā,
& cum cartamo ſoluit flegma: quandoq;
uero decoquitur, cum medicīs ſtipticis
ad diſinteriā & cū lacte ad ulcera ueſice,
Galline ſciſſe: aut gallꝰ ponūtur ſup locū
leſuꝫ a uermibus uenenoſis & ꝑmutātur
quacunq; hora: & prohibēt nocumētuꝫ
uenenoſorum: & uenenis bibitis etiam
ſorbetur eorum decoctio cum aneto &
ſale & euomitur.

Cigrotis .i. creta argenti uel creta arſa
Cigidium .i. cerefolium
Cigion .i. ſeitaragi

Gigintamareiciron ſũt ſpecies dactilloꝝ
Gigtin .i.melancium uel nigella
Gigoteis .i.creta argenti
Gigos .i.pſilliũ,
Gigoſi idem quod ſupra
Gilbana idem quod ſupra,
Gilenet.i.medicina acuta uomitiua
Gilea .i.coloquintida
Gilbehenech idem quod ſupra
Gilbenez.i.ſemen turbit ſecundũ quoſdã quidaz dicunt,q̃ eſt quedam herba que multum ſimilatur operationi ellebori,& eſt herba ſimilis papiro,& datur de ea 3.i.paralitico:& ſanatur:Alii dicũt q̃ eſt nux uomica
Gilbenech idem quod ſupra
Gilium .i.borra
Gilibon .i.uſnee
Gilibanum .i.iuniperus
Gilonec .i.nux uomica
Gilbonec idem quod ſupra

CAP. CCLXXXXV.

Imelea ſecundum dyas.cap. de gimelea eſt terra colore ſpodii cinereo dura alũinoſa atq̃ ſiccans linguam que confricata & tanq̃ odorata pumicis facit ſonuz:habet enĩ quiddam in ſe recorporatiue uirtutis, medet deniq; lepras & maculas:& corpi colorem bonum facit & capillos tenuat, ſed eligenda eſt recẽs & mollis,ſolubilis & trita,facilis nec lapidoſa,qđ quidẽ eſt omnium terrarum probamentum.
Gina .i.iuſquiamus
Ginga idem quod ſupra
Gingaria .i.ſaponaria
Gineticum .i.collum matricis
Gineſis .i.ſcordeon
Gineſios idem quod ſupra
Gimon .i.lapſana
Gingion idem quod ſupra
Gingidium .i.cerefolium
Ginziue .i.iuiube
Ginoſperma .i.urtice ſemen
Gindoſperma idem quod ſupra
Gipiti .i.git
Gipti idem quod ſupra
Giptifilonium .i.cartafilago

Gipum .i.gentiana

CAP.CCLXXXXVI.

Ipſum latine ara. gipſen uel ilgetin DYAS.cap.de gipſo
Gipſũ genus eſt lapidis ſilis nitro,cuius eſt optimũ quod habz uenas latas:gipſuz uero non coctũ deſiccatiuũ, & ſtipticũ & paꝝ plauſticũ et collectiuũ. POSSE.DYAS. fluxum ſanguinis & ſudorem abſtinet:bibitum offocat hoiez, uſtum uero leptomeris ẽ & paꝝ deſiccat & reprimit cum puſca tritum in uiribus, eſt etiam ut geſſamia,ſz amplio ſtipticãs & refrigerans fortiter,unde illinitũ frõti ſanguinis curſum ſtringit:potatuz uero diſintericis & ciliacis & omni profluo reſiſtit:flos eius facit ad ea que iſtantius conſtringere uolumus .SERA. li.agre. cap.gipſen,uirtus eius eſt deſiccatia. Et idem auct. gal.non adminiſtratur niſi exterius:& uirtus eio eſt que deſiccat & congluctinat & opilat: & hoc ideo quia ipſuz facit aggregationem ptium cito & conuenit fluxui ſanguinis q̃do miſcetur cum medicinis ſiccis,quia ipſũ eſt duruz ſicut lapis:& ideo oportz q̃ admiſceatur cum albumine oui,& fit multũ ſtipticũ quando cõmiſcetur cum puluere molẽdini qui aggregatur, quando euolat ex farina frumenti ſuper muros molendini & pilis leporis .Et quando aduritur mĩnuitur de uiſcoſitate ſua,& augetur ſubtilitas ſua & ſua denſio:& fit ſtiptĩcũ, & maxime quando conficitur cum aqua & aceto.
Gipſum plauſtrum.i.terra gluctinoſa,& eſt quedam ſpecies terre que eſt lucida, & dicitur ſpeculum.
Gips .i.uultur auis.

CAP. CCLXXXXVII.

Iſqua ſecundum dyas.cap. giſqua eſt terra ſumpta ex fornacibus uitriatorum quo pictores utuntur & eſt uirtutis urentis acerrime & cohereticis admixta cũ ceroto & oleo roſarum uulnera inueterata tpe uel obtuſa concicatrizat:multi etiã ſucũ

eius fracturis aptissimum probauerunt ob acrimoniam: est autem quasi fauilla adherens in fornacibus.

Girad .i.locusta.
Girasolem .i.cataputia.
Girapiro .i.sulfur.
Girba .i.mortarium.
Girgata.i.semen uel arilli uuarum.
Gireos .i.flos uiole.
Giresoblon .i.grana solis.
Girbesis .i.anagallus.
Giri.i.farina subtilissima scilicet pollina.
Gironos est species rane.
Girisitin .i.bolus armenus.
Girgir .i.eruca.
Girontea .i.senacion.
Giro .i.lapis calaminaris.
Giroptea .i.almea.
Girumbet .i.zedoara.
Girsue .i.quoddā genus tuber & fūgor.
Girsue idem quod supra.
Gir .i.calx.
Gisasteras .i. creta argenti & ē gessamia.
Gisasteros idem quod supra.
Gisa kimatis.i.lutum lune & est lutum samium.
Gisapa .i.terra.
Giscita idem quod supra.
Gisamia .i.gessamia.
Gessastereos idem quod supra.
Gisselimusiam.i.terra lune uel lutū lune.
Gissefon .i.gessamia.
Gisbenet ideſt medicina acuta uomitiua.
Gisi .i.gisa.
Gisinterios .i.lumbrici terrestres.
Giseritheras gleba est rubicūda illa uero est optia q̄ sablonem & lapillos nō habz.

CAP.CCLXXXXVIII.

Ischia secundum dyas.gleba est munda: & alba: & lata & non ualde candida, q̄ deferē aliquotiens in patellis rotūdis siue quadratis, hec efficaciter stringit cutem, & extendit & ipsam splendidam facit

Githia idem quod supra.
Git agrimolatum.i.melāciū uel melāchie, utrūq; est nomen equiuocum ad ciminū ethiopium & ad nigellam. Est autem gīt nomen indeclinabile, quandoq; tamen declinatur hic git huius gittis sz ciminū ethiopium dyas. uocat gitter dicens gitter est qđ ex segetibus crescit: & latine uocatur git: & est herba que in segetibus reperitur habens semen nigrū & minutū, & illud est git agrimolatum, quod cum frumento reperitur habens semen nigrū & minutum: & illud in medicina efficaciā non habet. Est aliud git melanchiuz, qđ latine uocatur nigella. cuius figuram & proprietatem inuenies in.l.caruuz.

Glicia .i.liquiricia.
Glicoricia idem quod supra.
Glicoriza idem quod supra.
Gliquiritia idem quod supra.
Gliaritia idem quod supra.
Glicus .i.sapa.
Gligis .i.rapa.
Glitis idem quod supra.
Gli .i.balsamum.
Gligidis .i.peonia.
Glissitide idem quod supra.
Glindis idem quod supra.
Glia .i.dulcia.
Glicea .i.amara per contrariū.
Glicisiden .i.peonia.
Glisslicide idem quod supra.
Glisscida est proprium nomen cōfectionis ut in alexandro de cardiaca passione: & interpretatur glisscida dulce per ātifrasiz.
Glikisside idem quod supra.
Glicida idem quod supra.
Gligida proprium nomem cuiusdam cōfectionis & est glisscida.
Glihostoma .i.dulce stomaco.
Glis.i.terra tenax uel glis.i.lappa uel glis ideſt animal muri simile. Vnde glis animal, glis terra tenax, glis lappa uocatur. Et illud animal moratur in radice napelli ut apparet in littera napellus.
Glicum .i.dulce.
Glimonium .i pulegium regale.
Glicitis .i.terra tenax.
Glisis .i.radix peonie.
Glissomargo.i.terra candida & est creta fullonum.
Glicos .i. sapa.
Glicon .i.mustum.

Glitis .i.poligonia.
Gliconus .i.pulegium.
Glian .i.dulce.
Glien idem quod supra.
Glitasmos .i.dulcedo.
Glikeon .i.dulce.
Glitia .i.confectio quedaz:& est glíscida.
Gliciaconum .i.abrotanum.
Glicon .i. sucus liquíri tie : & est aliud q̄ gliconium.
Gliconium .i.mentastrum:alii dicunt q̄ est camomilla:alii calamentū montanuz uel fluuiale.Alii pulegiuz & hoc cōcedo. nec mirandum si inter istos ē discordía. quoniam omnia ista quasi unaz uirtutē habent.
Glícolanium aliqui dícunt q̄ est cassía fistula : aliqui q̄ est canna mellis:aliqui calamus aromaticus.
Glicoxio .i.muzum.
Glicus .i.sapa.
Glini .i.pupilla.
Glio sordicies balnei.
Gnicus .i cartamus.
Gnidii coco.i.mezereon uel cocognidiū.
Gnidium .i.atriplex.
Grison .i.aurum.
Griacelem .i.piper ethiopium.
Grisolocanna .i.atriplex.
Gri .i.balsamum.
Gripposis .i. unguium incurnatio/unde gripposis unguium signum est ptisis.
Grippeos idem quod supra.
Gsimen .i.fermentum.
Gobara .i.mespila.
Globaraton .i.ualeriana.
Globasis .i.cimbalaria.
Globasif idem quod supra.
Gogillidoruz .i.radix/unde fiūt scope & sunt in modum palme.
Gogil .i.usnee.
Gongin.i.semen unde gomorea.i.fluxus seminis.
Gogum .i.eductiuum uel purgatiuum.
Gogustion .i.almea.
Goguston idem quod supra.
Golema .i.origanum.
Golestrum .i.alexandrum.
Golefados .i.spargula.

Golie .i.genus tuberum.
Golioblos .i.platanus.
Golibilos idem quod supra.
Goma .i.angulus.
Gomar .i.comarus.
Gomalios .i.rupis concauum.
Gomos.i.semen uel genus/ide gomorea .i. seminis fluxus/gomogois iterpretatur fluxus/a igomos q̄d ē genus/& gois q̄d ē fluxus/ q̄si fluxus humani generis.
Gomorea quid est.l.i.gomos.
Gomaris.i.confectionibus liquidis/quas mulieres faciunt ex quibus liniunt faciē.
Gomaris idem quod supra.
Gonfícis .i.storax.
Gongilides .i.rape.
Gongilis idem quod supra.
Gonalidas .i.rapas.
Gongolidas idem quod supra.
Goholidon .i.blaccebisancia.
Gon .i.colla.
Gorab .i.coruus.
Gorasia .i.cerasa.
Goras .i.ameos.
Goro .i.gorab.
Goronab .i.melilotum.

CAP. CCXCIX.

Oron ara .grece coron uel cotū: latine xo cotū uel būbax.SERA.li.agre.cap.gorō. dixerūt q̄daz medici de kelbe/q̄ cotū nascitur inter eos in arboribus que sunt sicut arbores antipersicorum/ & durant ānis.xx .Et est ex eo q̄d oī āno semiatur. Et idem auct.Aben mesuay/melius est ex eo nouum/& quod est plantatū anno suo. POSSE.SERA.sucus foliorum eius conuenit fluxui uentris qui accidit infantibus.Et semen eius conuenit tussi. Et est bonum pectori/& est ca.& hu .Et oleum eius confert lentiginibus faciei. & pustulis calidis que fiunt in facie: & facit augmentū in spermate. DYAS. cap.corō medulla semis eiꝰ calefactoria est,mollificat pectꝰ & prodest ad tussiz. Sucus uero foliorum eius potatꝰ fluxuz uentris infantium sistit. Et est calide & humide complexionis.

Gorgone .i.garzone uel infans.
Gosalac .i.cataputia.
Gosaliac idem quod supra
Gosamon .i.gessamia.
Gosie .i.genus tuberum.
Gosia idem quod supra.
Gosifur .i.una demonis
Glossa.i.lingua inde cinoglossa .i. lingua canis.& arnoglossa .i.lingua agni & est plātago:buglossa.i.līgua bouis: ipoglossa ideſt lingua eq uel bubali.
Gossos idem quod supra.
Glossa .i.interpretatio.
Glomo.i.instrumentum rotondū ligneū, quod retinetur in ore ut teneat os aptū.
Gnonus narkasis.i.stupormentis.
Gnosis.i.scientia cognitio, intelligentia.
Gnoscica .i.sensibilia.
Grossi sunt fructus prime nationis, qui sunt uelut flores aliorum.
Grongus piscis omnibus notus.
Gnaril .i.stincus.

CAP. CCC.

Vada uel fabucia grece ara. hanna uel guadal uel harna/latine uero porcelliones & sunt uermiculi ī humidis locis degētes & in stercore multorum pedū: qui tacti in pillulas complicantur regnicole uocāt eos fabarolas. SERA.li.agre. capitulo harna.Harna .i.porcelliones & ē uermiculus uasorum aque & cisternarū & est uermiculus ꝓuus qui quando tangitur reuoluitur inseipsū,& est uiridis coloris. Et idem auct.gal.uidi multos ex medicis qui utuntur eo omī āno in dolore auriū q̄cunq; de causa contingit.Et ꝓpter hoc uidetur mihi,q̄ aliquando curent eos & aliquando noceāt.DYAS.cap. guadaī. Guadai.i.porcelliones.& sunt uermiculi pusilli qui reperiuntur sub uasis aquarū & cisternis qui q̄do tāguntur reflectūtur & fiunt rotondi. POSSE. SERA. auct.dyas.quando sumitur de eis ī potu cuz uino cōueīt strāguirie:& hysterice: & quando teruntur cum melle & linitur cum eis cōfert squinantie & relaxationi Vuule. Et quando teruntur cum oleo rosarum & buliunt in cortice granati & distillatur ex hac medicina in aurē cōueit dolori eius.
Guadal idem quod supra
Guadebnegi est species obtalmie
Guarascen.i.turtur uel palūbus siluester
Guarsen idem quod supra
Guasmen .i.folium nili
Guiastemabras .i.stellio.
Guasten idem quod supra.
Guada est herba facta sicut cinoglossa que oritur in loco pingui de cuius suco tingitur blauetum.
Guasslima.i.basilicon demonis.& est basilicon eutaticon.
Guaita est propriū nomen loci.
Guadez sunt quedam uene spatulares.& est uena que tenditur super spatulaz ex qua oritur cefalica.
Guada.i.conchilium uel ostracum.

CAP. CCCl.

Vas ara.grece & latie pruna/ IO. MES. cap.de prunis. Pruna alia sūt alba:alia citria alia rubea :alia nigra.Et ex eis q̄dā sunt muza que sunt ad alterandū magis; q̄dā dulcia que sunt ad soluendum uentrem magis : & omnia alterant & solutionem faciunt plus tamē & mīnus.Damascena uero:& armena in omnibus illis sūt fortiora & humida quidez plus faciūt illud q̄ sicca:& sicca mīus corrūpūtur ī stoāco q̄ humida:sunt enī huīda ad corruptionē & putrefactionem conuertibilia : dulcia sunt inter ca.& fri. declinant tamen ad latus frigiditatis:& sūt humida ī secūdo gradu.Muza uero fri. sunt ī prīcipio.ii. Et alia q̄dē sunt lauatiua & refrigeratiua & lenitiua.Rectius cum quo miscentur. & addit earum operationi sūt tamarīdi & ꝓprie secundū modos infusionis nostos:& cassiafistula :& tereniabī:& uiole condite:& similia.Et fit cum aqua earū syrupus iuuamenti noti. Et ex carnibus earum fit electuarium bonum.Armeni quoq; arborem prunorum perforant subtilem in longitudine palme:ex duab9 uel tribus partibus & ītermittūt frustra

ſcamonee :& ſigillant luto & ſūt fructus illius arboris ſoluti ſufficienter:& faciūt ſofiſticationes alias in arboribus aliis. POSSET.O.MES. ſolutione educunt colerā & dātur ī egritudinibus colericis & alterant malitiam earum & ſoluunt malitiam ex qua fiunt:nocēt tamē ſtoāco & ſunt pauci nutrimenti .Doſis aq̄ earū potio eſt circiter liberā.i.cum ʒucaro . DYAS.cap de prunis .Prunum recens uentreʒ ſoluit:ſtoāco cōtrariū iudicatur ſed oē hoc incomode celerip̄ digeſtionē finit ſicca/non tantam malitiaʒ prebent, quidam ſicca cocta aluum ſtrīgere exiſtimant, qđ gal.non īmerito falſum eſſe contendit . Quis enim neſciat ex paſſo diſcocta uel muſſa ſolutionē uētris opari maximeq; perficere ſi decoctuʒ ipſū cui ſucus admixtus eſt ſorbetur.facit tamen ipſe ſuas differentias diuerſi generis in prunis ut ſiriaca tātum putet minꝰ aluū mouere/eo q̄ ſint ſtiptitiora/hyſpana ẏo plus ſoluere q̄ ſint dulciora ex omnibus prunis que maiora & lata ſūt.Idē quoq; tenera & digeſtionis facilſora & uentrē molliendo accōmoda preſumit:mīoribꝰ omnia ineſſe contraria . Eſt & agreſte prunum auſterioris fortioriſq; uirtutis: hoc ſiecum etiam diſintericos certuʒ eſt adiuuare, gūmi huius arboris potatum calculos frangit:cū aceto trītū ac illīnitū faciei lichīnas optīe purgat & curat aq̄ in qua folia pruni cocta ſunt gingiuas & Vuueam & ſimilia os colluendo deſēdit. Sed in uino decocta uehementiꝰ proſūt. Radices itemq; cortex eandeʒ ſtipticam, habent poteſtatem q̄ in foliis ē cōſtituta. Sera.hec eadem dicit/que ſunt dicta ſecundum dyas.

Gualdel guiſti .i.ypoquiſtidos,
Guauſes ī aīal quoddā habens ſanguīneʒ & eſt ſtellio.
Guaſſemābras idem quod ſupra.
Guariſcen eſt genus colūbe,
Guardalbias .i.bubulcus caninus,
Guarum idem quod ſupra.
Guate quid eſt.l.l.tarax.
Guaſſemabra idem quod ſupra.
Guaſem eſt illud qđ apparet ī principio morfee uel lepre in loco ubi oritur.
Guaſmau .i.folium nil.
Guauſac .i.galbanum.
Guardengi .i.obtalmia.
Guatigi .i.uuln9 qđfit ꝑſorādo.
Gueſmes .i.triſtitia ſine cauſa
Gueſmetū.i.nuces cuiuſdā arboris ecīes fere ī lōgitudine/que uſq; ad mortē dormire faciunt.
Gueſgues.i.q̄do hō loqt̄ ſol9 ſine cauſa.
Guezitatum .i.pūctio
Guers.i.lapis qui īuenitur ī felle bouis/
Guecitatum idem quod ſupra.
Guedegi ſūt uene guides.
Guides idem quod ſupra.
Guidē uel guilben.i.piſa, legumen.
Guidelarus caſtoreum/
Guire arſamac.i.uiſcus piſcis & eſſl coa. piſcis.
Guiti .i.coſti/
Guidium .i.cocognidium.
Guulub .i.muſcus arboris
Guuri .i.kiſt.ii.
Guululub idem quod ſupra.
Guufulon .i.barba ſiluana.
Gubera .i.meſpilla.
Gubeira idem quod ſupra.
Guca .i.affodillus/
Gucaras eſt quedam ꝑs corporis.
Gucta miconis .i.gumi papaueris,& eſt Guactaa alii xicorallam uocant/
Gulac .i.ſoldana/
Gulazi idem quod ſupra/
Gulafion .i.rupis concauum/
Gumera eſt queddam epithima/quod efficitur in facie ad ipſam colerādā,iſtud uocabulum ponitur ab almanſore in tractatu quīnto/
Gumililel meletum .i. gūmi amigdalarū.
Gūmi uitis quid eſt.l.l.harim,
Gūmi albotin .i.lacca.
Gūmi medicine .i.ex amigdala.
Gūmi cirinaicum.i.gūmi laxar.& eſt aſſafetida.
Gūmi prunorum quid.l.l.guas/
Gūmi babilonie.i.gūmi arabīcum.
Gūmi arboris gariofilorum, eſt ſimile in uirtute gūmi albotin ut apparet ín .l. harmufel.

Gūmi de linu quid eſt.l.l.ſicamma

CAP. CCCII.

Vmi arabicū latine:arabice uero ſanig liarabi. SERA. libro agre.cap ſanig li arabi ſanigliarabi.i.gūmi arabicuz & eſt gumi quod reperitur ſuper arborē acacie:ſicut alie gume que arbor noīatur amgailem:& melius ex eo ē quod eſt ex hac arbore ſimile uermiculis ī figura ſua & color eius eſt ſicut uitrum clarum: & non habet lignum ſecundum uero poſt ipſum eſt album:ſed illud quod ē ſimile ſordiciei raſine pini eſt malum:ē frī. & ſic.auct.gal.POSSE.SERA.auct. gal. una ē uirtus eius que deſiccat:& alia eius uirtus ē que cōgluctinat:& aufert aſperitatem:& frangit uirtutes medicinaruz acutarum:& lenit aſperitatem pectoris: & ſtringit uentrem:& fortificat inteſtia & meliorat oſſa fracta q̄do fit ēplaſtruz cum eo:& conuenit malignitati ulceruz pulmonis.Et auctoritate habix dicit q̄ eſt huparum & retinet uentrem quādo nimis fluit:& congluctinat inteſtinum in quo eſt tenaſmō:& cōſolidat oſſa fracta quando fit emplaſtrum cum eo:& ſedat tuſſim quando retinetur in ore & trāſgluctitur q̄d inde ſoluitur .aut ſi miſcet aliquibus medicinis cōferētib9 ad tuſſiz & ulceribus pulmonis quādo bibitur ex eo:conuenit obtalmie: & rectificat medicinas laxatiuas quādo miſcetur cū eis & ꝓhibet acuitatē earū & frāgit uomitū qui prouenit ab eis. Et quantitas doſis eius ad tuſſim & ad retinendum uētreꝫ aureus .i .Et quando miſcetur cum aliis medicinis ē aurei.v .Bulcaſiz eben aben azarin li. q dicitur ſeruitor forma aſſādi gumi arabicū ē ſicut oēs alias gumas qui uult aſſare gūmi ara. oportet q̄ frangat illud in fruſtra ad magnitudineꝫ orobi deinde accipiat patellam & calefaciat eā & auferat ab igne & ponat ſup eā gumi ara. & miſceat bene ſine intermiſſione donec albeſcat.Et ſi non albeſcit prima uice iterum calefaciat patellam ut prius donec fiat albuz & eodem modo fit ex aliis gumis

Gumi ſaracenicum idem quod ſupra

Gumi dragantuz ē gūmi cuiꝰdā arboris que dicitur aſcuded ꝑ quo.l.l. achātes

Gumi ſimpliciter ꝓlatum debz itelligi gūmi arabicum

Gumi oliuarum quid eſt.l.l.cayt

Gumi cetafie quid eſt.l.l.cetafie

Gurum .i.puluis molendini

Gurgulos .i.infirmitas gutturis

Gurlumon .i.mentaſtrum

Guſane eſt quoddam genus fūgorū qđ exſiccatum cohartatur ſicut cartilago

Gaſame idem quod ſupra

Guſia eſt quedam confectio liquida quā mulieres faciunt ad liendum faciem

Guſma idem quod ſupra

Guzema eſt flos herbe que affertur de barbaria,quo ſaracene utūtur in aquis balneorū & ē odorifera ſatis hāc herbaz tuneci uidi habundanter

Gucenis gaborum .i.tamarindi

Guzia .i.conſolida minor

Guzian idem quod ſupra

Guziafilon .i.cataputia minor

CAP. CCCIII.

Vlungē ara.latine galanga. Galanga ca.& ſic.eſt ī tertio gradu.Alii dicunt galāgaz eſſe arborem:alii fructum,dyas .autem dicit q̄ ſit radix q̄ repitur circa arboris pedem ī perſia quod patet ex eo q̄ habz interius radicem quandam & etiaz terra adheret ei poteſt autem ſeruari ꝑ duos annos.Eſt autem eligenda ſubruſa & in ſua manerie ponderoſa:& etiam acutuz habens ſaporē:que alba eſt & leīs multū & fere nullum habet ſaporem: & que ē forata & facile in puluerem ſoluitur abicienda eſt:uirtutem habet confortandi ex aromaticitate & diſſoluendi: & conſumendi ex qualitatibus,ſolet autem ſophiſticari ex admixtione iūci habētis radicē tortuoſā:& etiā ex admixtiōe biſtorte, dignoſcit aūt qa iūci radix iſipidū uel ſalſum habz ſaporē:biſtorta ꝑunticū galanga uero aromaticum & acutū.Alii ſophiſticant hoc mō:puluerizāt optimū

galanga & piper conficiunt cū aceto & imponunt radicem iunci per noctem & efficitur acuti saporis: sz dignoscitur qa iteri9 īsipidi saporis ē: galāga uero acuti SERA. li. agre. cap. galungen. Galungen ideſt galāga: est uena in grossitudīe cassie lignee: & cortex eius est rubeus interius purulentus defertur ex siri: est ca. & sic. in .iii. gradu. POSSE. ad digestionē confortandum & dolorem stomací ex fri. causa uel uentositate, detur unum decoctionis eius: ad cerebrum cōfortādū narib9 applicet cōtra cardíacā passionez & sincopim detur puluis eius cum succo plantaginis: contra fetorem oris, accipe galangaz & coque in uino: & postea det patienti ad moduz syrupi quolibz mane & remouet fetorem oris. Sera. ē faciens odorem bonum: & conuenit flegmaticis & humiditati que generatur in stomaco & facit digeri cibū ꝓpter suā calefactionem: & propter suam dissolutionem in flegmate: & cōuenit colice & facit odorē oris bonū & calefacit renes: & cōmouet sperma. Et quando frustrū ex ea tenetur in ore facit eructuationem magnā: unde conuenit stomaco & digerit cibū ātique materie & conuenit frigiditati renū. Et idem auct. Aben mesuay est ca. & sic. in tertio gradu & est conuēniens habenti colicam ex uentositate: nā frangit omnē uētositatē & cōueīt habēti eructuatiōes acetosas.

CAP. CCCIIII.

Lucten grece: ara. xire: latīe gumi uel colla. Colla alia est ex intestinis piscīū & dicitur grece yxiocolla alia ex coriis q̄drupediū & hec uocatur taurocolla apud dyas. & utrūq; est glucten: & est aliud gluctē qđ dicitur sarocolla eo q; carnes gluctinat, & est yxillocolla eo q; lignum gluctinat: unde iticolla & taurocolla potest uocari yxillocolla. Itē aliud ē glucten auri quod dicitur crisocolla: & est duorū modoruz Naz aliud est auri fabrorū & ē naturale qđ foditur & uocatur borax latīe: grece uiscollos uel crisocolla & arabice michar aliud est artificiale quod fit cum urina infantiuz: & de utraq; loquuntur Auic. & dyas. unde de aurigluctie naturali & artificiali cōplete inuenies ī. l. crisocolla. Et est aliud glucten auri quod ē pictorū & est aromaticum, ut Auic. cap. de quo aurum adheret: sed sciendum q; quādo ponitur glucten absq; determinatione debet intelligi mastix, quoniam excedit in bonitate omnia gluctina ut apparet ī .l. mescehe auct. Sera. GAL. vii. sim. phar. cap. colla. Colla emplastice est & stiptice uirtutis quibuscūq; cataplasmet pticulis. DYAS. cap. sarcocolla tauro- colla eligēda ē limpida & mūda & lucida. nigra uero inutilis ē. POSSE. DYAS. taurocolla cū aceto soluta pernas lipīdat & mundat lepras, impositā ustionibus pustulas ebulire non permittit: cū aqua tepida soluta & superuncta diuersas res in se coherere facit uulnera melle & aceto soluta stringit, sed iticolla bona ē que in ponto fit alba & grossa & non pertussata, citius se soluens, emplastris cephalicis necesse pmiscetur, sz crisocolla miscetur cum confectionibus q̄ multuz limpidant.

Clubie .i. faseolus.
Cruncus .i. tuscute.
Crubum .i. herbum

SEQVITVR DE H

Aalzena .i. limacia.
Haacen idem qđ supra.
Haage .i. ebur.
Haalebi .i. solatrum.
Haalebin idem qđ supra

CAP. CCCV.

Acir siue haiese ara. latine uermis serici. SERA. li. agre. cap. haeir. Haeir q̄do uermiculus texit setam sup se & facit cohopturā & dimittit doēc pforat illā telā egreditur. ide deuenit ad hoc Abriscen & ken. & quando dimittitur in sole donec moritur uermis deuenit inde seta, & est ca. & sic. cum temperamento.
POSSE. est bona cordi & confortat substantiam & totalitatē ei9 & clarificat sanguinem & propter hoc ponitur in medicinis cordis & precipue i diamusco. Et quidam cōburunt eā ut possit facili9 teri: & melius puluerizari ꝓpter desiccationem & quibusdam non uidetur hoc faciendum ne amittat uirtutem suā: sed faciunt eam incidi subtiliter & terūt ea3 cū margaritis & karabe & corallo ꝓprie & sic teritur facile. Et quidam sunt qui extrahūt ab ea uirtutē. AVIC. de uirib9 cordis dicit q̄ seta cōfortat cor. Bulcasi3 Eben Aben azarin li. q dicitur seruitor forma cōburendi seta3 q̄ administratur i electuariis hec ē. Accipe setā nouā que caret tinctura: & pone ipsam i olla noua & pone ollam super ignem & fac sub ea ignem leuem uel pone ea3 in furno ꝓais & non oportet ut aduratur sed solum assetur ita q̄ possit teri.

Haeris idem quod supra

Hae. i. arbor dragāti pro qua. l. l. achātos

Haer .i. indicus.

CAP. CCCVI.

Aerinia ara. grece haerma latine piperella. SERA. li. cap. haerinia. Haerinia ideſt piperella & ē in figura sicut pipis mioris figura nisi quia est in colore suo citrina. Et sunt i ea due uirtutes contrarie sicut frigiditas & caliditas. Et ide3 auct. Abē mesuay haerinia est granum ꝓuū minus pipere & est in eo citrinitas pauca & est odoriferum cui9 odor ē sicut odor ligni aloes. est ca. et hu. & est in eo absterssio.

Haerima idem quod supra

CAP. CCCVII.

Aid ara. uel befa: latīe ferrū ubi sciendū q̄ ferrū ferrugo & squama ferri eiusde3 sūt uirtutis & operatiois: sed ferrugo. ca. est & sic. cōplexionis in secundo gradu/sed attendendum q̄ aliud est ferrugo & est aliud squama ferri: squama ferri ē illud quod latum & tenue euolat p ꝓcussionē sed ferrugo ē illud quod per decoctionē liquefit & seperatur a ferro/habet autē uirtutem desiccandi & extenuandi.
POSSE. ad extenuationem splēis ualet uinum in quo ferrum candens extinctu3 fuerit multum enim subtile est. Contra opilationem epatis & splenis ex lōgo tpe detur patiēti puluis subtilissim9 ferrugis quantitatis. ℈. v. cu3 uino calido: uomitū etiam in multa quantitate prouocat & etiā ducit usq; ad mortem: unde cū ipso in potu debet dari aqua i q̄ lapis magnes tota nocte iacuerit: & puluis cum aqua cocta detur. reprimit enim uiolentiā ei9 & sistit uomitū restantē. DYAS. Cōtra emoroidas puluis ferruginis & squame ferri subtilis efficit cū suco tapsibarbasci & bombace intincta si supponat sibi patiēs, optimum est. Contra tenasmonē ex causa ca. squama uel ferrugo optime calefiat ut candens sit postea aspergatur aceto & recipiat patiens fumū ꝑ īferiora. SERA. li. agre. cap. haid. Ferrugo ferri ē stiptica q̄ q̄do fit cū ea nascale abstrigit fluxum antiquum matricis. Et quando bibitur prohibet īpregnatione3/& leitur cu3 ea & aceto super eri sipillā & bothor & aufert eam: confert panaritio & ūgule oculi & asperitati palpebra3: & emoroidibus & restringit gingiuam. Et quando linitur cum ea super podagram cōfert. Et facit oriri capillos in alopitia. Et aq̄ in qua extinguitur ferrum candens aut uinum confert fluxui uentris: & ulceri9 inteſtinorum & duriciei & tūori splenis & collice passioni: & fluxui q fit a stoāco. Nam corroborat stomacum relaxatum & debilitatum: & maxime a colera: sed

ſcoria ferri & bactitura ferri habꝫ ꝟtutē ſimilem eruginis eius niſi quia ē debilior ea. Et quando datur in potu cū ſqngibin reſiſtit ueneno plante que dicitur acoītū. Et idem auct. gal. omnis ſcoria deſiccat deſiccatione forti: niſi quia ſcoria ferri ē debilior aliis. Et quando teris eam cum aceto & precoquis fit medicamen quod deſiccat ſaniem que fluit ab aure ātiquā. Et quando extinguitur ferrum candens i aqua fit aqua illa ſiccatīa & ꝓpter hoc conuenit groſſiciei ſplenis. Et extīguitur in uino & conuenit uīnū illud hydropiſi & diſinterie: & collīce paſſioni & dolori ſtomaci. Et idem auct. Raſis Iam uero cognouimus per experientiam q cōueīt fluxui urine & menſtruorum: & cōuenit egreſſioni ani & diſtillatiōi urine, quādo diſtillatur inſenſibiliter & augꝫ libidinē. Bulcaſim Eben Aben azarin libro qui dicitur ſeruitor. Modꝰ purgandi limaturam ferri eſt iſte, oportet q eligatur limatura ferri pura cū q̄ nō ſit admixtō alicuiꝰ, ſicut eris aut plūbi aut uitri, ſi enī daretur in potu alicui occideret, ponatur ergo de ea quantum uis in uaſe mundo, & proiciatur ſup ea paruꝫ aceti & ponat̄ ſub ſextario mūdo: & ponatur iterū ſup ipſum ſcilicet ſextarium corium aliqđ & dimittatur ad minus. vii. diebus: & poſt extrahe quia inuenies colorem eius ſicut ꝫiniar deinde deſicca eam & tere. Et ſūt qui abluunt eam cuꝫ aqua dulci & aceto & collant per pānum & dimittunt ſub ſereno quouſq; putreſcat: deinde abluūt eam cum aqua dulci & reponūt. Et uirtꝰ eius eſt q cōuenit illis quorū color faciei eſt croceus & facit inpinguare corpus. Modus aſſandi ſcoriam eſt ille, teratur tritura groſſa & ponatur ī aceto uel rob & poſt extrahatur ab eo & exſiccetur & aſſetur ſup prunas & reponatur. Modus abluendi ſcoriam ferri eſt ille, oportet q abluatur anteq̄ aſſetur & poſt etiā abluatur ſicut diximus in tucia.

Haiet .i. ſerpens.

Haur romi quid eſt. l. l. electrum.

Haurum idem quod ſupra

CAP. CCCIII.

Auſer uel hauſor Auic. in ſecundo libro, capitulum facit, qđ ſcribitur hauſurū ſed in ara. ē hauſer: & hauſor ē lacticiniū quoddam & non eſt taſſus ut qdā dicūt uel ſpecies eius: ſub cuiꝰ ūbra pictantur dormientes ut dyas. dicit. Nam hauſor ē lacticinium & taſſus eſt arbor magna & ūbrifica. SERA. libro agre. cap. hauſor. Hauſor eſt planta habens lata folia, & naſcitur in uno tempore anni. Et habet concauū qđ egreditur ab oculis ramorū ſuorum & a locis florū eius. Et colligunt ab eo homines rem conuenientem: & ſuco eius eſt amaritudo: & egrediuntur ab ea mala ſicut teſticuli camelorum. Et egreditur ab illis pomis q̄dā res adurens ita q non poteſt fieri cauterium cum re meliori ea. Et implētur ex ea culcitre & puluinaria & nominatur etiam arbor eiꝰ coherea: & q̄do inciduntur folia hauſor emittit tūc lac qđ colligitur ī mēſe maꝯii & ponuntur in eo coria & non remanet pilus in eis & unum uas ipletur ex duabꝰ impreſſionibus: & lignum hauſor ē leue groſſum, rectum, pulcrum & cetera. Aliꝰ hauſor eſt una ex ſpeciebus titimalli.

CAP. CCCIX.

Auſis uel huſch ſiue haſig ara. grece & latine Rannus, SERA. li. agre. cap. hauſis. Hauſis ſiue haſig eſt planta que naſcitur in uallibus. Et ſunt eius tres ſpecies, una habet ſtipitem rectum ſpinoſum, ſicut arbor que dicitur alchiſialich ī ramis & ſpinis eiꝰ: & folia eiꝰ ſūt oblōga habētia humiditatēꝫ uiſcoſā que adheret manui. Secunda eſt fortis alba pluꝰ q̄ ipa. Tertia habet mīnora folia q̄ ipſa & latiora: & declinat parum rubori & rami eius ſunt longi: longitudo eius eſt brachii uniꝰ & eſt ſpiſſior aliis, & eſt debilior, ſpina uero eius eſt acutior. Et fructus eius eſt latus ſubtilis & eſt uelut in uaginis ſicut herba que dicitur ſachidalion. Et idem auct. gal. quod admiſtratur ex ranno ſūt folia eius dum ſunt recentia. Et uirtus

eius est que ifrigidat & desiccat ī secūdo gradu dyas.cap.de ranno;Rānus frutex est qui circa ortos nascitur/ huius uirge sūt lōge & spinose:folia habz pīguissima longa & leuia.Est etiaz alia rānus/colorē habens subalbiduz\& tertia habēs colorē subruffum & uirgulas longascubitis.v. & plꝰ hec spinose sunt & mīmaz habēt uirtutem.Eius semen latum est & tenue/ & ī folle recluſū sicut affodilli.POSSE. DYAS.oīuz speciērū rāni folia catha-plasmatibus adhibita ignez sacrū corpis prohibent.SERA.uirtus ranni est que curat formicaz & herisipillam que ētpe caliditatis,unde quando fit emplastrū cū foliis eius\curat herisipillaz & formicam. Et dicūt aliq,ꝙ q̄do rami eiꝰ suspēdūtur ī hostiis\& fenestris cessat opatio arboris eorum.

Hauroch .i.celidonia/
Hauruch .i.curcuma/
Hauterion .i.hacurion
Hausab quid est.l.l.seitarag/
Hauden .i.lignuz aloes/
Haukeb .i.aquila/

CAP. CCCX.

Audeb siue handhel ara. grece coloquintida: latine uero cucurbita alexandrina uel cucurbita deserti. SERA .li. agre. cap.haudeb .i.coloquintida est plāta que emittit ramos & folia extensa sup terrā similia foliis & ramis cucumeris doc̄stici/ & habet fructum super terram rotūduz similem pile :mediocris magnitudinis & folia eius sūt habētia sciſſuras & amara/ fructus uero eius colligendus est quādo color eius mutatur ad citrinum. Et idez auctoritate habix:coloquintida ē melon agrestis & colligitur ea que est uiridis cū incipit cōdensarī rosa sua/ aut quādo ipa habet aliquid uiriditatis,quoniā modicū ex ipa occidit\& proprie illa que repitur sola in arbore sua occidit potātez se sine dubio,quoniam quando datur ex pulpa eiꝰ facit tortioēs fortes & facit euomere uomitu forti:& inducit tenasmonem :& anxietatem anī:& cohortationē āhelitus; & frequentiā eiꝰ & sincopim :& frigidū sudorem:& fortasse interficit sicut dixi: debet ergo colligi cū est maturꝰ ī mēse septembris/& est ca.in tertio gradu sic. in secundo.Dyas.cap.de coloquintida.i. cucurbita agrestis quam multi Sitiam amaram uocant hastas/ & folia habz sup terram similes cucumeri nostro q̄ folia incisa sunt & gustu amara: fructus eius rotondus ut pila qui colligendus est in maturitate cum colorem uariauerit.IO. MES.cap.de coloquintida.Coloqntida quam perses uocant cucurbitā deserti que nascitur ī planta quā etiam fel terre uocant eo ꝙ in toto ambitu ortus eius interficit herbas & est quasi uenenuz eis/ unde uocant eam arabes necez ꝓplantarū Et eius folia sunt ampla pilosa:& extenduntur rami eius super faciem terre/ sicut extenditur cucurbita in terra sup quam iacez duorum est modorum masculus & femina,& ex eis masculus est\super quem nascitur sicut lanugo & est grauis cum duritie & aspritate attinēs nigredini.Et laudatur ex eis femina/& proprie habēs proprietates bonas ut sit coloqntida grossa/& quanto grossior & leuior tāto melior:& sit alba laxa leuis & complete maturitatis:cuiꝰ ps eiꝰ iterior est ꝓpulposa laxa & alba:& lenis:& uehementis albedinis:ueruz que nō ē cōpleta in maturitate mala est: contristat enim suscipientem illam & uentositatem cum difficultate facit & soluit superhabundanten & solutione educit sāguinez & fortasse interficit. Et cum sigillatur ex toto germie plāte ut nascat coloqntida una ē illa pernitiosa & mala, ymmo est uenenum.Et cum in tota regiōe non est nisi planta eius una per se nascens est mala.Et que nascitur in terris fortibus & puluerulentis aut iuxta loca reptiliuz/ aut in locis termarum coloqntidas facit minores:& sunt similiter male/que autez nascitur ī terris laxis & arenosis & liberis est illa que eligitur .Et cum extrahitur pulpa eius ipsa debilitat eam:tēpus autē collectionis eius est autūpnus:& proprie dum iam citrinescit:& remouetur ab ea

uiriditas:ca.ẽ & ſic.cõplexionis in tertio
& eſt cõpoſita ex ptibus igneis & terreis
adultis:& ẽ ſolutĩa attractĩa ſupfluitatũ
attractiua eſt & a remotis multuꝫ & eſt
reſolutĩa inciſiua abſterſiua. Quatuor
ſunt que debent corrigi in ipſa. Nocet
enĩ cordi:ſtoãco & epati, & ẽ cõturbatĩa
ſubuerſiua uiſcerum faciens operationes
difficiles:& apit orifitia uenaꝝ aptione
ſanguinem fluere faciẽte:& operatur id
uehementius q̃ aloes & excoriat uías.
Emendatur enim primum & ſecundum
nocumẽtũ ex ea miſcendo ei ex medicis
uſualis cathaplaſmatibus adhibita cum bulbis infixa corpori eiicit :aceto mixta dolores ſciaticos mitigat:eiꝰ folia uiridia cataplaſmatibus adhibita ignem ſacrum compeſcunt:& durities ſoluunt omnes. Corium eius aduſtum : & aceto tritum, alopitias capitis emẽdat:flos autez cãne ſi in aures miſſus fuerit auditum tollit: tantum poteſt quantum & cipria canna. Canna agreſtis elixa in uino & melle addito & myrre dimidia ꝑte & piperis & libanotidi tertia parte : hoc medicamen oculorũ caligines tollit:quod medicamẽ in buſſida enea reponi debet . Elixatura radicis eius tantum poteſt quantum & radix:ſemen eius diureticũ eſt nauſeam prouocat:uentrẽ ſtrĩgit:naſcitur ĩ ſicilia q̃ ciues ipſi quilinia uocant, que ſi uiridis cõmeſta fuerit a bouibus, apoſtemantur.

Haſa herbai .i.uirga paſtoris,

Haſan eſt medicina armenea, ſecundum Auic.ẽ fortior euforbio & cũ eiꝰ potio augmentatur ſupra.3.interficit calida ẽ & ſic.in tertio.

Haſal .i.cepe

Haſalazir .i.cepe ſine tunicis

Haſalafur .i.ſquilla

CAP. CCCXLIII.

Aſas arabice grece molibdo ſiue molibdinos latĩe plũbuz ubi ſciendum, ꝙ plumbum ex eadem uena extrahitur a qua argentum cũ uena teritur:& lauat̃ ut ſubſtãtia terrea ab ea moueat̃ : & qđ mundũ eſt in cineratio ponitur & actõe ignis liquatur :qđ ſupernatat ut ſpuma eſt litargirum quo inde ablato, cũ ĩſtrumento remouente ſputum qđ buliendo ſuperſtitit eſt plũbũ, quod artificialiter cineratio delaborato in terrã fluit, tamen quouſq; cineratio remaneat:qđ eſt puꝛ argentum põderoſius plumbo in fundo reſidet. Nã multotiẽs hoc uidi ſardinie in uilla eccleſie ubi predicta uena cõtinue inueĩtur. SERA. li. agre. cap. haſas auct. gal. haſas .i. plumbum ſubſtantia eius eſt cõpoſita ex ſubſtantia aerea & ſubſtãtia humida que fuit coagulata ꝓpter frigiditatem, & non ẽ in ea ſubſtãtia terrea niſi modica. Et uirtus eius ẽ q̃ infrigidat & humectat. Et ſignũ ꝙ in ea ẽ ſubſtãtia aerea eſt quando infrigidatur raritas, & mollities corporis ſui creſcit enĩ q̃titate & pondere quando moratur interius ĩ locis frigidis & hu. Et quando accipitur mortarium & piſtellum ex eo & poĩtur ex eo oleum roſarum aut mirtinum aut citoĩoꝝ & teritur ĩ fortitudie fricatioĩs/ & uteris hoc oleo in medicamĩe apãtum calidiorum que fiunt in uirga: pectine: & ano & in ulceribus aut in medicamine emoroidarũ: & cõueĩt apãtibꝰ mamillarũ/ & eſt medicamen conferens multuz. Et ſecundum hoc adminiſtratur ad omnez materiam que deſcendit ad pedes & ad iuncturas aut ad ꝑtes alias ut ad apãta calida & mala: & ſi admĩſtras hãc medicinam in apoſtematibus in qbꝰ ẽ cancer, facit operationem mirabilem: & quando fit ex plũbo lamina & ligatur ſtricta in pectine, prohibet pollutionẽ in ſompniis/ & ĩfrigidat infrigidatione maxima. Et ſi ligatur ſuper contritionem neruorum, aut ſupra nodationes eorũ diſſoluit cito & curat: & quando plumbum teritur & linitur ſupra puncturam ſcorpioĩs mari conuenit. Et ſunt qdam qui ponunt cuz fricatura uel lotura plumbi quã inueniẽs ĩ .l. lotura: medicinã q̃ dicitur molibdios & replet ulcera profũda: & cõueĩt fluxui ſanguinis, quando miſcetur cum oleo: & conuenit ulceribus ani & emoroidibus a quibus fluit ſanguis & ulceribꝰ difficilis conſolidationis & corroſiuis : & uniuerſaliter uirtus eiꝰ ẽ uirtꝰ tutie. Aduritur autem plumbum in hunc modum ĩ olla noua puluerĩza parum ſulfuris : deinde ponãtur ſuper eum lamine aliq̃ & deſup puluerizatur ſulfur, & fit ita donec ſit plena olla : deinde accenditur ſub olla ignis & quando plumbũ fuerit iflãmatũ, mouet̃ cũ ferro quouſq; fiat ſicut cinis/ & non apparet ibi aliquid de ſubſtantia plũbi, deinde aufertur ab igne & oportet ꝙ ille q̃ calefacit hoc obturet nares ſuas/ quia fumꝰ eſt ualde nociuꝰ . Abluitur

autem plumbum aduſtum in hũc modũ habeas mortariuꝫ ex plumbo & piſtellũ ex eodem & proiice aquam modicam: & miſce fricãdo bene cũ piſtello illo doẽc aqua fiat nigra & ſpiſſa: deínde cola ipſũ per pannum líneũ & facias duabꝰ uicibꝰ aut pluribꝰ ſi oportꝫ & poſt hoc dímitte reſidere ī fundo & ꝓiice aquam aliaꝫ & ablue ſicut lauatur clímia: & fac hoc donec non appareat ín aqua nígredo: & fac inde trocíſcos & ſerua de íſta lamina: & eius uírtutes latius inuenies in .I. lotura. Et ſcoría plumbi melior eſt illa que eſt ſílis ſulfuris citrini in colore ſuo, grauís difficile frãgibílis: & non habẽs admíxtũ plumbum cítrina clara ſímilis ī claritate ſua uítro. Et uírtus eiꝰ eſt ſímilis uírtuti plumbi uſti: níſi quia eſt plus ſtíptica

Haſal .i. cepe.
Haſalakir .i. cepe ſíne tunícis.
Haſalafur .i. ſquílla.
Haſcalech uel alleſſech. i. herba ſpanſa ſup terraꝫ habens plurímos ramuſculos faciens cícera ſpínoſa & eſt haſaha.
Haſchala .i. haſaha.
Haſchaha idem quod ſupra.

CAP CCCXLIIII.

Aſdane ara. grece ãdragne latine portulaca. SERA. li. agre. cap. haſdane alíqui uocant eam herbam ſultaꝫ uel piperellã: & eſt herba portulaca que omnibus eſt nota. GAL. vii. ſim. phar. cap. de portulaca: ſubſtãtia eiꝰ ẽ aquoſa & ín ſapore eius eſt ſtipticitas pauca. Et uírtus eius eſt que ínfrigidat in .iii. gradu & hũectat in ſecundo. DYAS: capítulo andragne ſíue ut alíi portulaca eſt oĩbus nota habens frigídam uírtutem atq; redarguentẽ ut ſtrignũ & hiíſdẽ cõueĩens cauſis ſed preſtantíꝰ. POSSE. SERA. cõueĩt portulaca habentibꝰ ĩflãmatiõnẽ & incenſíonem & cauſonem in orífício ſtomací, & in omnibus ypocundríis: & curat ſtuporẽ dentiũ eo ꝙ lenit & aufert aſperítatem que eſt in eis ex acidorum ſapidorum preſentia propter huĩditateꝫ uíſcoſam que eſt ín ea, ſed & ſucus eius, ſimíliter non ſolum exterius appoſítus, ſed & bibitus refrigerat: & hoc quidem ipſí herbe accídít, & ſi tota cõmedatur & conuenit ulcerĩbus inteſtinorum leniẽs ipſa, quando ſumitur ín cíbo. Eo uero ꝙ ſtípticat eſt cíbus ydoneus: & conuenit fluxui matrícis ĩmoderato: & ſucus eius fortior eſt in hoc: & infrigídat quando ex ea fit emplaſtrum & herba ipa quãdo cõmedítur facit hoc. Et idem auct. Rufí debílitat uíſum & deſtruít eum: & ĩfrígídat corpꝰ & ꝓhíbet uomitũ & aufert líbídínem. DYAS. portulaca maſticata uel cõmeſta cum oxígaro fluorẽ ſãguĩs prohíbet & uíſcíde ſtringit proprie, cum maſticata uel cõmeſta dentíum offenſaꝫ que de ĩmaturís pomís fit quam grecí emodíam uocant ſanat: In ardore ſtoãci portulaca cuꝫ aceto cõmeſta mire iuuat tunſa & cum mollíto ordeo míxta & ꝙſí malagma pãno inducta & ſtoãco ĩpoĩta, mire febres tollit: frígida eſt nimís & hu. habundanter: modícum auſtera & iõ reprimít & maxime coleraꝫ trãſmutans eam & alienans ín ſuam ꝙlítatẽ, nimíum ínfrigidando propter quod cauſon febrientíbus plus omnibus iuuat ĩ ſtoãco poſita uel ín totís ypocundríis: ſtuporeꝫ etiam dentium ſanat maſticata. Et non ſolum extrínſecus poſita ſꝫ potata ĩfrígídat: ſucus eius ſímíliter agít: & quía ſtíptica eſt díſíntericís ī cíbo ſũpta íuuat. Et ad fluxum ſanguínis mulierum & ſanguĩnem reíícientibus ſucus eiꝰ mire facit quía uíſcide ſtringít. Rabymoyſes portulaca curat appetitum luti: & ualet contra ligationem dentium. AVIC. li. ſecũdo cap. de portulaca ſucꝰ portulace eſt magis utílis operationis fri. eſt in .iii. hu. in fine .ii. in ea eſt ſtipticitas prohibꝫ fluxum ſanguínis & fluxus antiquos & ipſíus nutrímentum eſt puuꝫ illaudabile, & eſt reſíſtens colere ualde: & fricantur uerruce & eradicat eas ꝓprietate ſua nõ qualitate: fit ex ea emplaſtrum ī apãtibꝰ calidis ín quíbus tímetur putrefactío & heríſipílla: cõueĩt bothor ī capite abluto ex ea cõmixta cuꝫ uíno & delet ſtuporẽ

dētiū propterea quia lenit aſperitatē: & ſedat ſodam calidam pulſatiuaz cōfert obtalmie: & ingreditur in alcohol. Et nimiꝰ uſus eius facit accidere pannum in oculo: eius ſucꝰ prohibet ſputū ſāguis propter uirtutem ſuam puntícā, confert īflāmationi ſtoāci bibīta & more ēplaſtri ſuperpoſita: & conuenit epati īflāmato, & prohibet uomitum colericum: & debilitat appetitum: & fit ex ea criſtere diſinterie inteſtinorū: & ſolutōi colerice, & conuenit doloribus renum: & ueſice: & ulceribus & abſcīdit plurimū deſideriū coytus. Et extimauit filius meſarugie, ꝙ augmentum facit ī coytu: & uidetur ꝙ ſit illud ī complexiōe ca. & ſic. & ipſa retinet fluxum menſtruorum: & conueīt ulceribus matricis: & conueīt aqua eius emoroidibꝰ ſāguíneis: & eiꝰ ſucꝰ extrahít aſcarides: & ſi aſſetur portulaca & cōmedatur abſcindit ſolutionē & cōueīt ſe. antiquis.

Haſkam .i. omne quod eſt amaz multuz & quidam dícunt ꝙ eſt coloquíntida

Hataban .i. folium
Hartarium .i. polium montanum
Haſſatrerarai .i. ſal armoniacuz
Hataſír .i. cepe muris
Hating hatronig
Hatib .i. armel
Hatmac .i. hermodactilus
Hatoſis .i. ceterach
Hatoris .i. acorus

CAP. CCCLXV.

Atros uel turgi ſiue obtrogi ara. grece citrū uel pomū aque: uel milia: latine uero citrum. SERA. li. agre. cap. hatros. Citri non una eſt natura, ſz caro eius eſt illud quod eſt in medio corticis & acetoſitas eius generat humores groſſos frigidos: ſed cor eius & ē acetoſitas eius ſcilicet in qua eſt ſemen, eſt acetoſi ſaporis & infrigidat & deſiccat in ſecundo gradu & ſemen eius eſt amari ſaporis & eſt exſiccatiuū ī ſecūdo gradu: & diaforeticum: foliū eſt uirtutis exſiccatiue & reſolutiue DYAS. citruz habet ſemen ſimile ſemini pirorū. GAL. vii. ſim. phar. capitulo de citro ſecūduz trāſlationem greçam milia īdica. i. citruz huius fructus ab omnibus nominatur citrum, in ſemine quidez acida qūlitas & ſiccatiua dominantur ut ſecundi ſit gradus ſiccatiuū & īfrigidatiuū; ī cortice uero ſiccatiua partícipat complexiōe nō modicā habens tamen acedinem, quocírca & ſíccat hic cortex ſecundū tertiū gradum: non tamē eſt frigidus: ſz uel cōmoderate uel infra. Caro uero eius groſſarum partium eſt & flegmatica & frigida, ipā itaq; cōmedit ſicut & cortex eius eſibilis eſt: & humidum quid habet & acidū de quo prius locutus fuī: & qdē in eo īnuenít qd uere ē ſemē amaz autē & eſt palā quoníā díaforetice & ſiccatíe uirtutis īn ſecundo fere gradu accedens a cōmoderatis: & folia ſunt exſiccatíe & díaforetice uirtutis. Et idem eodē libro & eodem cap. ſecundum tranſlationem ara, hatrox. i. citrum: & eſt pomum aque, cortex eius non eſt frigidꝰ: ymmo ē aut equalis complexionis aut minus equalis parum, & exſiccat quantū eſt de uirtute & complexione ſua exſiccatione habēte acuitatem non paucam: & iō exſiccatio eius deuenit ad ſecūduz gradum, ſemen ſiccum īn ſecundo gradu foliū eſt eiuſdē uirtutis exſiccatíe & reſolutíe. DYAS. cap. de citro. Citrum non in ptibꝰ oībus, uis una eſt eadem natura uel uirtꝰ. Naz medulla eius ubi ē ſemen acidā poteſtatē, ac per hoc ſtipticā ineſſe manifeſtū eſt. AVIC. li. ſecundo cap. de citro. Citruz omnibus eſt notum & oleuz ipſiꝰ factū ex eo & ex corticibus eius eſt fortē et factum ex flore ipſius eſt debiliꝰ omni alio. Cortex eius eſt ca. in primo ſic. in fine ſecundi: & eius caro eſt ca. in primo & hu. in ſecundo: quidam autem dixerūt ꝙ eſt fri. & hu. in ſecūdo: & eiꝰ frigiditas magis eſt: & ipſius acetoſitas fri. & ſic. eſt in tertio & eius ſemen ca. in. i. ſic. in ſecundo. AVIC. cap. de citro. Cortex eius eſt temperatus ī caliditate, & eſt ca. in primo gradu ſic. in ſecundo, ſemen eiꝰ

eſt ca.cum forti ſiccitate pulpa eiꝰ fri.& hu. POSE.SERA. quando bibitur cum uino,ſemen eius habet poteſtatem contra medicinas mortiferas : & laxat uentrem:& quando ex decoctione ſcilicꝫ corticis eius aut ex ſuco eius fit collutio oris facit oris odorem bonum:& cōueīt ſcilicet acetoſitas pregnantibus,quādo habent deſiderium preter naturaꝫ quod contingit eis propter impregnationem. Et dicitur ꝙ quando citrum ponitur in pannis.ſ.cortex eius: pſeruat eos a corruptione.Et idem auct .Aben meſuay: proprietas corticis eiꝰ ē,ꝙ facit bonum odorem.Et proprietas eius ē/ꝙ extīguit calorem ſtomaci ſuperfluū:& acetoſitas quando linitio fit ex ea/cōueīt ēpetigini & aufert eam :& decoctio eius conuenit cardiace & facit appetitum cibi & īcidit coleram:& abſcindit fluxum uentris : & uomītum:& extinguit calorem epatis:& de proprietate eius eſt auferre triſtitiaꝫ Et hec eſt proprietas ſui rob. ſed ipſum nocet pulmoni & neruis ſua acetoſitate: & grana ſua ſunt de numero medicīarū conferentium uenenis,q̄do ex eis ſumīt aureus unus cum aqua tepida & poītur ſuper locum morſus & molliūt uentrem. DYAS.citrum pregnantibus faſtidium laborantibus eſui datuꝫ ſtoācū a nauſea mundat tritum & in potione uini datuꝫ medetur querelis iecoris & aqua tritum & īnſparſuꝫ huīdis uulneribꝰ adhībetur & pernionibus ex ea ſingulare preſidiuꝫ eſt;cortici auſterior natura cōceſſa que quantuꝫ ualeat etiā de ipſo odore teſtat medico ſūptus:aut potioni calide diutius īmenſe beneficium nature digeſtionis operatur.AVIC.caro eius īflat:& folia eius ſedant inflationem : & eius flos eſt ſubtilior eis :& eius acetoſitas ē ſtīptica/ frangens coleram rubeā.Et eius ſemē & cortex ſunt reſolutiua: & cuꝫ poītur eiꝰ cortex in pannis prohibet tineas : & eiꝰ odor rectificat corruptionem aeris : & peſtilentiam & acetoſitas eius abſtergit colerā ru.& aufert pānū:qđ ē ex cortice eius aduſtum,eſt bonum ī albaras linitū/ & decoctio eius efficit odorē bonuꝫ oris & eſt īpinguatiua corporis & cortex eiꝰ recentis in ore/odorem oris efficit bonū, & eius decoctio ſimiliter cum retinetur in ore : & acetoſitas eius ualet ēpetigini illinita.Eius oleum ualet mollificationi neruorum:& non fiat niſi ex cortice eiꝰ & conuenit paraliſi . Et ipſius acetoſitas eſt mala neruis.Confert torture oris cū fit colliriū ex acetoſitate eius:& remouꝫ hycteritiam oculi . Eius acetoſitas ſedat tremorē cordis.ca.Et nutrituꝫ eſt bonū gutturi & pulmoni : ſed eius acetoſitas eſt mala pectori : & medulla citrī cum aceto ſi potatur ex ea medietas aſtariati,interficit ſanguiſſugas tranſgluctitas & educit eas:caro ipſius eſt mala ſtomaco inflatiua tarde digeſtionis,q̄re oportet ut cōmedatur cum almuri. Et ſimiliter nutrita cum melle eſt ſanior,& magis recipiens digeſtionem : & niſi ſit plurima:& eiuſdem quidē folia cōfortāt ſtomaçum & uiſcera:& poſtea flos ipſiꝰ & cortex eius ponitur in cibariis,ſicut ſemina que pro condimento ponuntur propter ſui duritiem: & ipſius decoctio ſedat uomitum colericū & facit appetitū & oportet quidem ne citruꝫ cōmedatur, ſingularitē ꝙ non miſceatur cibo ante ſe & poſt ſe.Eiꝰ caro facit utentē ſe poſſidere colicam:& ipſius acetoſitas retinet uentrem:& confert ſolutioni colerice,& eius ſemen conuenit emoroidibus : & in eius ſemine eſt uirtus ſolutiua : & ſucus acetoſitatis eius ſedat īfirmitatē ſciaticā mulierum:ſeminis eius pondus .ii.ʒ.cum uino & chilem & aqua ca.illinitū reſiſtit uenenis omnibus,& proprie ſcorpionis bibitū aut linitū : & eius cortex ē uicinꝰ illis:& ſucus acetoſitatis conueīt morſui uipere bibitus/& cortex eius ꝙ ēplaſtro ſuppoſitus eſt uicinꝰ illi:& idē de uiribꝰ cordis/ait,ꝙ cortex eius confortat cor.& eſt tyriaca contra uenena:& ad hoc ualꝫ acetoſitas eius ſimiliter.Paulus capitulo de citro.Cortex eius digeſtionē cōfortat & ualet contra cardiacā:media ſubā eiꝰ male digeritur ſed interior .i.acetoſa cōpetit uſui medicine:appetitū cōfortat/ & ualet contra fe.peſtiferas: ſemina eius

sunt diuretica. Rabimoyses ubi loquitur de citro dicit q̄ cortices citri ualēt cōtra egritudines stomaci &. expellūt malitiaz ītestini ieiuni: & acetositas eiꝰ cōfortat spiritus. Auerois cap. de citro cortex eiꝰ habet manifestum iuuamentuz stomaco & epati. Medulla citri curat cōbustiones ignis: & excoriationem ex itinere: & ex oī re calefaciēte: & potissimo ex sole & psilotro: & curat mirabilit̄ ramicē puerorū & potissime si ex ea fiat unguentuz illo modo. Accipe medullam citri subtiliter incisam et buliat in axungia porci recēti & postea coletur per petiam & iterum reponatur ad ignem: & in fine misceatur mastix olibanum & cera alba, & erit optimum unguentum citrinū. aliq cōficiūt ipsum cum citro & axungia tantum sed ē minus bonum & postq̄ colatum est nō reponitur iterum ad ignem: fit similiter alio modo unguentum de citro secūduz q̄ inuenies in antidotario minori .gal. quod ibi īterpretatur unguentū citrinuz. Sed attendendum q̄ quando aliquod unguntum uel emplastrum fit ex citro, debet fieri ex citro bene maturo. Nam secundum q̄ dicit Auic. diacitrū & que fiunt ex citro debent fieri ex citro sole existēte ī capricorno .i. a medio decēbris usq; ad medium ianuarii.

CAP. CCCXLVI.

Atronig ara. grece thitranolia latīe resina uel rasa uel gluctē arboris grani uiridis ubi sciendum q̄ resina pōt appellari ōne gumi q̄si resuma a resudo resudas. inde apparet hoc uocabulum ad designādū gumi cappini q̄do simpliciter inuenitur istud gumi nostro idiomate uocatur rasa: sed quando ponitur cum determinatione dicit gumi illius plante ad quam fit determinatio: ut resina pictuina .i. pini uel resina timiamatis uel resina pruni: unde dyas. resina pictuina quam nos abialem dicimus &cetera.

SERA. libro agre. cap. hatronig siue hatin auct. dyas. hatronig .i. resina & sūt eius species diuerse secundū diuersitates arboris a quibus colligitur. Nam quedaz colligitur ex pinu quedam non ex pinu sed ex arboribus aliis: sed illa que est ex pinu masculo que dicitur com: & hec ē colofonia que fit q̄do frigitur ut possit teri & fit abietis que est in liq̄da subā & frixa ī patella ut possit redigi ī pulueren & etiā uocatur resina erudita uel carponata & est colofonia pro quo .l.l. colofonia. Et quando non frigitur ē illa resina que uocatur rasa sicut apparet in littera test. Vbi sciendum q̄ q̄do poītur resina pini simpliciter, debet intelligi rasa sed quando poītur cū alia determinatōe debet intelligi de illa resina ad quam determinatio illa cadit. Est & alia resina que colligitur ex pinu que dicit̄ chitranolia & est arbor cuius fructꝰ sūt grana magna. & ē alia cuiꝰ pinꝰ dicit̄ citharāda & est arbor iachuc & facit fructū puorū granorum: & de ea quedam est que fit ī pinu per se absq; artificio sicut illa q̄ fit in arbore masticis: & q̄dā fit ex artifitio incidendo arborē: melior autē omiuz specierum est illa q̄ est boni odoris clari coloris non multum existens arrida: nec multum humida similis myrre facilis fricationis & fractionis. Idem auct. gal. Et omnes iste resine sunt calefactiue & dissolutīe & mūdificatiue: & de eis q̄dā habent subtilitatem paucam & quedam ampliorem: & quedaz habēt stipticitatē quedam uero non: & melior oīuꝰ speꝰ gluctinis est glucten romanū & ē mastix sed ceterarum specierum gluctinis meliꝰ est glucten albotin & est terbentina, & in isto non est stipticitas manifesta sicut in mastice & est ī eo cuz hoc amaritudo & propter hanc causam dissoluit plus q̄ mastix. & ē ī eo res que abstergit adeo q̄ curat scabiem & ipsum quidem attrahit ab interioribus plꝰ aliis specieb⁹ gluctinis & est subtilius aliis: sed glucten quod est de specie pini que dicitur cophi & illud qđ ē ex pinu que dicitur chitranolia & est pinus magna sunt acutiora q̄ glucten albotin: uerum tamen non resoluūt neq; attrahunt plꝰ ipso: & gluct ē pini magne

habet plus de hac proprietate q̄ glucten pini que dicitur chophi: & glucten pini pue: & glucten arboris que dicitur alacti i gluctie albotin cū hoc ē aliq̄ mollificatio & postea in mollificatione ē mastix sed glucten cipressi habet puncturam & acuitatem: & glucten quod dicit kaches est simile gluctini albotin. Et dixit inalmiemir gumi pini que dicit sachilis ē sudor arboris pini q̄ facit fructū magnū & ē fortius sudoribus oībus arbor in calefactione: quēadmodū sudor arboris albotin est minus calidus & minus desiccatiuus q̄ sudor aliaruz arborū: & sudor pini que facit grana pua est mi9 q̄ sudor magne in desiccatione & calefactione plurimum. Et idem auct. dyas. Resina arboris grani uiridis, & est terbentina defertur ex terris arabū & ex terris aliis etiam: sed est illa que defertur ex terris alcheades, cuius color est alb9 silis colori uitri declinans colori celesti habēs odorē bonum, inferens odorem arboris sue est autem melior omnibus resinis post ipsā uero mastix: & post ipsam est yachut & est ex arbore ceamdicaris: post ipsaz est resina arboris dicte alacti: & post ipsas in bonitate est resina cophi & est arz: & resina pini: & omnis resina arze & omēs iste resine sunt calefactiue & dissolutiue & mundificatiue & sunt conferētes tussi & ulceribus pulmonis: & sputo sanguis & terbentina cum hoc mūdificat pectus. Et quando fit cū ea sola lohoc aut cum melle prouocat urinā: & mollificat uētrē & cōueit ad faciendum abradere pilos palpebraz q̄ pūgūt oculos: & q̄do miscet ziniar & calcantum conuenit scabiei ulcerose & auribus a q̄bus fluūt huiditates. & meliores quidem istarum resinarum omnium sunt ille que sunt splendentes & ex gumi uel resina yacuth & est resia locaman melior est illa que est humida & defertur ex ptib9 gallie: & resina pini & cipressi sūt debiliores q̄ resina yacuth & resina alacti, & non habent uirtutes quas habent iste quamuis administ rētur loco earum. Sed masticis uirtus ꝓpiqua est uirtuti terbentine. Coquūtur omnes iste resine in hunc modum resina poītur in uase capiente quadruplum eius quod sit ex ere & ponūt in eo resine libre. ix. & aque pluuialis libre. xviii. & coquūtur bene super prunas, & mouetur semp cū cōtinuatioe & coquūtur doēc desiccet desiccatioe forti & fiat facile frangibilis ita ꝙ frāgatur cū digitis: deide reponat in uase fictili: fit enim alba sic ꝓparata & cocta: oportet autem ꝙ coletur resina in hunc modū illa uidelicet que ē huida ponatur super prunas, & quando icepit coagulari, adde sub ea prunas multas & coquatur tribus diebus & noctib9 doēc fiat talis sicut diximus supra & repone & serua: illa uero que ex his fuerit sicca sufficit ꝙ decoquatur die una tota a māe usq; ad noctem: & iste quidem resine sic decocte, cōueniūt ī cōfectioib9 ūguētoz odoriferorū & in ūguntis que resoluūt laxitudinez: faciunt nāq; ea odorifera & melius colorata. Colligitur fum9 ex istis sicut colligitur fumus olibani & ē cōueniens ī cohol: & fiunt ad pilos palpebraz & corrosionē lacrimalis oculi: & cōuenit pruritui palpebrarum & lacrimis: & fit ex eo encaustrum ad scribendum. Et idē auct. albugeri. Resina cōfert ad exituras duras. Et q̄ndo puluerizatur sup ulcera que fiunt in cute capitis cum balaustia curat ea: Similiter autem & alia ulcera que fiūt ī corpore. GAL. viii. sim. ꝓ har. cap. de resina secundum translationem arabicam, oēs species gluctinis calefaciūt & desiccant. DYAS. capitulo de resina secundum translationem greca3. Resina lacrimum est arboris: oīs autez desiccat & calefacit & diaforetica est: alia quidez plus alia qdē minus merito ergo p̄cedit omnes resina que ex scino que mastix nominatur, qa magis stiptica ūde stoācū & epar & uentrem defectū corroborat & ad inflationes eorum iuuat absq; molestia & aliquantulum acredinis habz: & ideo leptomeris est: preterea terbentina precellit. Nā & diaforetica pl9 q̄ mastix ita ut ꝓiiciat & scabies sanat: & ꝓfūdas plagas & uulnera magis repleat & purgz.

Hatuc .i. lignum aloes

Hatution quid eſt.i.centaurea
Hatunox .i.celidonia
Hazaraſcen .i.rafanus
Hazad .i.galbanum

CAP. CCCXLVII.

Azarachona ara. uel beſtercaton:grece piperſilium latine pſilliū. SERA.libro agre.cap.hazarachona auct. dyas.hazarachona eſt herba habēs folia piloſa uirgas habens lōgas mēſura uni9 palmi & tota herba piloſa.Et exitus ramulorum eoruz eſt a medio uirge & ſūt in ipſo capitella duo uel tria rotonda in quib9 eſt ſemen ſimile pulicibus nigruz & durum & eſt illud quod ex eo adminiſtratur GAL:viii.ſim.phar. circa finez cap.de pſillio ſecundū trāſlationē grecaz pſillium ſemen eius maxime utile eſt:ex ſecundo gradu infrigidātiū ex cōplexiōe uero que eſt ſecundum ſiccationem & humectationem medium eſt quoddam & moderatū.DYAS.ſecūdū trāſlatōnē grecā cap.de pſillio.Pipſilliū aut quīnofolion quem ſiculi dicunt criſtallum aut ſquinnomella folia habet cornopoclion ſimilia & aſpera :uirgam habet duobus palmis longā:cui9 frutex piloſus ſpinoſa eſt:coma eius a medietate incipit uirge in q̄ capitella duo aut tria ſunt cōſtricta in quibus ſemē eſt pulicibus ſimile nigrū & durum:naſcitur in campis. AVIC. li.ſecundo cap.de pſillio .Pſillium quīdē eſt duoz modorū hyemale :& eſtiuū & potio cuiuſlibet eoz ſit pōd9.ii.ʒ.meli9 eſt illud quod eſt magis groſſum quod ſubmergitur in aq̄ frī. ē & hu.ī ſecundo Plinius cap.de pſillio.Pſillium herba eſt ſimilis ambre faciens ſemīa ſicut ſemina lini ſed minora & ſubnigra q̄ſi tendētia ad purpureitatem:quorum ſemē ē meli9 quod ſubmergitur in aqua:dicta ē herba ſic eo q̄ ſemen ſimile pulici habeat: & iō iſta herba ſic dicitur īnfra a quibuſdam pulicaris eo q̄ ſemē factum ē ad ſimilitudinem pulicis:unde pſillos ideſt pulex IO.MES.cap.de pſillio:Pſillium eſt de alterantibus cōplexi& onem:ſolutionez facientibus: & eius ſolutio fit proprie lābificando.Ei9 autē aliud eſt albū aliud ſubnigrū aliud ad purpureitatē declinās Meli9 eſt quod eſt completū & groſſuz & eſt grauius & ſubmergit ī aq̄:cōpoītū ex duabus ſubſtātiis que ſeperarī poſſūt inter quas eſt cortex ſeperatus eſt enim duplex īn eo ſubſtātia ſcilicz medullaris interior: & eſt in ea ſubſtantia expanſa ſupra corticem ipſius:ſubſtantia autem interior medullaris ca.eſt & ſic.ī quarto gradu & eſt acuta uehementer inciſiua rubificatiua & ulceratiua:& ē de genere ueneni: ſubſtantia autem eius exterior ſupra corticem eſt ex multū īfrigidātib9. Et dixit Rufus eſt frī. & hu.īn tertio & exceſſit.Et dixit dyas.eſt in ſecundo & ē uerius.Inquīt enim ypo.in epidimiis nō enim eleuatur res frigida iuncta cuz hu. ſupra ſecundum gradum. Et dixit gal. hu.res non tranſgreditur metaz uſq; ad quam poteſt extendi regimen hominis propter quod non inuenimus huidum eſſe cauſam doloruz inquantū humiduz ſed inquantum poteſt eſſe cum materia que quātitate ſua mouetur ad ſolutōem continuītatis.Quod ex eo cōquaſſatū ē cuz aqua fontium frigida & fit muſcillaginoſum & bibitur ſicut eſt & proprie cum oleo uiolarum aut ſyrupo uiolaruz ſoluit uentrem:quod autem ex eo frixū eſt & conquaſſatur cum oleo roſarū eſt medicina fluxus uentris & diſiterie.Cōtritum autem nullo mō potui ꝓpīnādū eſt:occulcat enīz contritio ſubſtātiā eius medullarem ulceratiuam & excoriatiuā POSSE·SERA. auct .dyas. habet uirtutem infrigidatiuaz q̄do fit ēplaſtrū cum eo & oleo roſaruz & aceto & aqua & cōuenit doloribus iuncturarū & apātib9 que fiūt in radice auris:& cōcuſſiōi neruorum:Et quando fit emplaſtruz ad ramicem ꝓuerorum & ad eminentiam umbelici īfantium curat eos:& conueīt ad ſodam cum oleo roſarum & pauca aqua & aceto: & quando oportet ex eo fieri emplaſtrum,accipiatur de eo q̄titas aliqua & teratur & īfundatur in aqua

& quãdo in ſpiſſata fuerit aqua ipſa non extendatur & fiat emplaſtrũ quoniã ipſũ ĩfrigidat infrigidatiõe forti: & ſtrĩgit & aufert lacrimas oculorum : & conuenit obtalmie calide & dolori capitis quãdo ĩfunditur in aqua linita pena fronti apponitur: & quãdo aqua eius bibitur cum ʒucaro extinguit feruorem acutarum fe. & ſitim : & ſoluit uentrẽ. Et idẽ auct. Aben meſuay: ſedat dolores pungitiuos uentris: & lenit aſperitatem ulcerum & inteſtinorum: & abſcindit tenaſmon : & conuenit dolori capitis q̃ fit a ĩcaliditate & ſucus foliorum eius eſt ex medicinis laxatiuis ꝓpter frigiditatẽ & huĩditatez que ſunt in eo: & cura nocumenti eius ẽ cum medicinis ca. & ſic. Et idem auct. Habix: ſemen pſillii eſt ſicut coriandruʒ humidũ: quando datur ex eo paꝛ ſedat inflãmationẽ colere: & ebulationẽ ſãguis ca. & aduſtionem fe. calidarum acutaruʒ. Et ſi datur in potu de mucillagine eius conuenit habentibus birſen: et ſedat ſitĩ eorum magnaʒ: et laxat quideʒ uentreʒ. Et ſi datur ĩ potu crudũ et aſſatũ ſtrĩgit uentrem . Similiter etiaʒ faciunt ſemina lini et ſemina marubii et grana mirti & ſemen portulace: & ſemen ozimi laxant enim cruda: & ſtringunt aſſata. Et q̃titas eiꝰ q̃ datur de pſillio eſt .ʒ.ii. ĩfuxo in aq̃ donec egrediatur mucillago eiꝰ & bibat̃ cum ʒucaro albo aut cum iuleb: & folia pſillii quando emplaſtrantur ſup apãta in prĩcipio aperiationis eorũ refrigerãt ea: & ſi potetur ex eo parum conuenit egritudinibus que fiunt a ſanguĩne & nimis ex eo acceptum inducit ſincopĩ in ore ſtomaci et fortaſſe occidit quoniam nimium ex eo eſt uenenum . Et cura eiꝰ eſt q̃ detur in potu mel bulitũ cuʒ aqua ca. & aqua aneti ſicci. IO. MES . pſilliuʒ conquaſſatum cum aqua fri. ſicut dixiꝰ ſolutiõe educit colerã: & cõueĩt fe. multe inflãmatioĩs: & ſiti uehemẽti ca. & ſedat inflãmationem ſpũalium: & lenit pectus. Et conquaſſatum ſicut diximus cõuenit fluxui colerico : & diſinterie : & fluxui mẽſtruali: & proprie poſt potũ ſcamõee & medicinarum acutarum. Doſis eius ẽ aʒ.i. uſq; ad.iii. timeat autez ipſũ habẽs debilitatem uiſcerum. AVIC. quod ex eo frixum inuolutum in oleo ro. ſtipticũ eſt & ſedat dolorem more ẽplaſtri ſuppoſitum cum aceto adminiſtratur etiaʒ conquaſſatum cũ aceto ſuper apãta ca. & formicam & heriſipillam : & proprie que ſũt ſub aure & ſuper flegmatica fit ex eo emplaſtrum tenſioni neruorum & ipſorum ſpaſmo: & podagre: & doloribꝰ iunctur arum ca. cuʒ aceto & oleo raſarũ conuenit ſiti uehementi colerice: eius qđ ex eo frixum eſt pondus.ii.ʒ. & ĩuolutuʒ in oleo roſarum ſtringit & cõueĩt diſinterie & proprie infantiũ: & quod ex ipo mucillaginoſuʒ eſt, & ipſa mucillago ipiꝰ cum oleo uiolarum ſoluunt ſi bibatur. & tunc ſedabit inflãmationem fe. acutaruʒ.

Hacem alſachi .i. epatica.
Hazechir .i. oppoponacum.
Hazetel .i. perforata.
Hazir .i. porcus.
Hazienis .i. feniculꝰ.
Hazipor .i. pentafilon.

CAP. CCCXLVIII.

kas ara. grece tragama: latĩe lactuca: & ſũt eius tres ſpẽs, una eſt que uocatur lactuca agreſtis: quam greci ſaralliã uocant: cuius tyrſus in modum ſecunde eſt: & eſt ſpecies ſcariole ſicut apparet in littera cicorea: alia ſpẽs dicitur lactuca aſini quaʒ ſi uis ſcire lege ipſã in proprio cap. Et alia ſpecies que dicitur lactuca domeſtica que omnibus eſt nota de qua hic loquimur. GAL. vi. ſim. phar. cap. de lactuca ſecundum tranſlationem greciaʒ lactuce doẽſtice uirtus eſt que ĩfrigidat & humectat ſicut aqua non extranie: ſʒ ſicut aqua ſtagnorum uel lacunarũ uel fontanarum & ipſa ẽ q̃ generat ſanguinẽ bonum: lactuca agreſtis eſt ſilis doẽſtice niſi quia ſtipitem habet maiorẽ: & folia eius ſunt albiora foliis eius & ſubtiliora & aſperiora: & ſapor eiꝰ eſt amarus & ẽ in uirtute ſua ſimilis papaueri nigro.

POSSE. GAL. calidis flegmonibus

congruit:necnon puis herisipillationib9 non tamen potens est maioribus suffi-cere. Est autem ex cibis sedantib9 sitim. Semen uero bibitum contra gomoream ideſt effusionem spermatis cohibet ũde & sompniantibus datur, sicut etiã semẽ agrestis lactuce liquorem citius colligit caliginem mundat, necnõ insup ustioĩb9 apta est subiũcta cum lacte femineo. Et idem secũdo de cibis capitulo de lactuca secundum translationem.grecam,noſce autem oportet ex omnibus olerib9 pau-cissimum & chachocimum sanguinem generantibus ex lactuca non multũ qdẽ neq; chachocimum:non tamẽ euchimũ perfecte sanguinem generari:cõmedunt autem ipsam ut ad multuz quidẽ crudã quando autem extiterit circa ꝓductõnẽ semis estatis tempore preelixatã ĩ aqua dulci,offerunt cum oleo & garo & aceto aut cum aliquo salsamentoruz:& maxie quecũq; eorum que cũ caseo preparãtur, utuntur autem ipsa & anteq̃ in stipitem ĩpetuauerit per aquam elixantes:sicut & ego nũc incepi ex quo dẽtes habeo,praue-sciens enim aliquis amicorũĩ cõsuetudie quidem mihi ex multo tempore ol9 hoc laborosam autẽ nunc habẽs masticatõnẽ induxit decoctionez:utebar aũt lactucis in iuuentute quidem califaciente mihi continue superiori uentre infrigidatioĩs gratia.Cum autem ad perfectaz ętatem ueni remedium mihi erat soluz olus hoc uigilie,econtra quidem cum iuueis eraz studebam circa sompnuz. Cõsuet9 eniz uigilare uoluntarie in iuuentute simulq; & prouectorum etate ente uigilans in uolũtarie grauabar:& mihi solũ farma-cũ uigiliarũ erat de sero cõmesta lactuca que hu. & fri. habet sucum,non tamen cachochim9 ẽ:ꝓpter hoc ergo neq; non digerit aliis olerib9 similiter:neq; retinz egestionez:neq; prouocat.& hoc merito ipsi accidũt nõ habẽti austrũ aliqd neq; põticũ a qbus disponitur:ut ad oẽ uẽter sicut & asalsis & a pungitiuis totaliter absterſiuum aliquid habentibus ꝓuocat̃ ad egestionem,quoruz ipsorũ neq; aliqd ineſt lactuce. SERA.li.agre. cap.hkas

uirtus lactuce domestice est,q̃ conuenit apostematibus ca.& herisipille:& semen eius quando bibitur,abscidit distillatõnẽ humiditatis spmatis:& cõueit pollutõni que fit in sompnis. Et idem auct.gal.in libro de cibis,lactuca generat sanguinez bonum in fine bonitatis,& ego quidem cõmedebam lactucas quando erã iuuenis, quia ĩ stomaco meo generabatur colera & sic infrigidabam ipsum:& nunc etiaz postq̃ senui cõmedo eas lixas,ideo quia non reperio aliquam herbam cum qua possez curare uigilias sicut cuz ipa:hũor uero qui generatur ex ea est frigidus & hu.& neq; ex ea accidit nocumẽtũ sicut ex aliis oleribus:& non stringit uentrez nec laxat,quia nõ habet stipticitatẽ neq; salsedinem neq; acuitatem. Idem quoq; auct. dyas.lactuca domestica est bona stomaco & infrigidat uentrem: & facit dormire:& prouocat lac.& quando ipsa decoquitur est magis iuuatiua: & q̃ndo cõmedit̃ sic euellit̃ sine ablutõe cõueit illis qui conqueruntur de stomaco suo: & assiduus usus cõmestionis earũ obte-nebrat uisum:& quando fit emplastruz cum ea conuenit apostematibus calidis & herisipille,dũmodo non sit uehemẽtis inflãmationis.Sed semen eius bibitur,& ualet contra fluxum uentris & extiguit libidinem & pollutionẽ seminis ĩ sõpniis, sed quando lactuca emiserit stipitẽ suuz tunc efficitur uirtus suci & lactis ipsius similis uirtuti lactuce agrestis & papa-ueris nigri.Et idem auct. Rufi lactuca quidem curat egritudines que fiunt ab ebrietate,quando sumitur:sed ipa nocet intestinis: & lenit uentrem:& abscindit libidinem & facit dormire. Item quãdo coquitur cum oleo sisamino & cõmedit̃ expellit hycteritiaz.Et est medicĩa bona opilationibus narium & corize, quando comedit̃ in ieiunio cocta cũ oleo sinapiũ, & lac lactuce doẽstice cũ emittit stipitez, abstergit uulnera q̃ fiũt in tunica cornea, lac uero lactuce agrestis poitũ in fronte inducit sompnum:& quando fit colliriũ cum eo & lacte iuuencule conueit ulceri cornee: & placat dolorem capitis: &

ꝓuocat menſtrua: & curat morſũ rutele & ſcorpionis. AVIC. libro ſecũdo cap. de lactuca. Lactuca ex ea eſt domeſtica & ſilueſtris. Et illa que eſt ſilueſtris eſt ſimilis in uirtute papaueris nigri. Et idẽ auct. gal. non eſt in frigiditate ei⁹ q̃ doẽſtica uel ortulana ẽ applicatio ad ultimũ.

Hearſel .i. lactuca aſini.
Hearſebas idem quod ſupra.

CAP. CCCXLIX.

Eadi uel keadi arabice & ẽ abeſanida. SERA. li. agre. cap. headi ẽ herba q̃ naſcitur in terris arabum in ꝓtibꝰ hamen & eſt illa qua aromatizatur/ oleũ qđ dicitur oleum keadi/ & narrauit mihi ille qui uidit/ ꝙ eſt una ex palmis habẽs latitudinem/ & q̃ndo egrediũtur gramia eius abſcindunt illa gramina antequam apperiantur: & apparet in flore ei⁹ odor bonus & artifex cornatilium, lenificat colores ſuos ne ſint liuida cum capite headi: & ipſum ẽ groſſum & habz ueſicã & mollitiem.

Heiron uel heyron eſt regio in qua anthonomatice dactili habũdãt/ & oriũtur in ea meliores & pĩguiores & dulciores omnibus aliis aliarum regionum, & ſunt mediocris figure non longi neq; multũ pui pĩgues ſatis & dulciſſimi: & meliores ex eis ſunt citrini & rubii ut apparet in littera pothab illud uocabulum ponitur in antidotario Meſue. in ellectuario de dactilis/ & etiam in lohoc de pino: & etiã in. v. Auic. in ellectuario diafinicon: & ꝙ heiron ſit regio patet per auic. in p̃dicto libro & predicto ellectuario/

Heifiſtides .i. ipoquiſtidos/
Heiſhelez .i. ſemperuiua/
Heil .i. cardamomum minus/
Heibace .i. cardamomum maius/
Heiregi .i. turbit.

CAP. CCCL.

Euda ara. grece piron: latie frumentum: ubi ſcienduz ꝙ ex eo fit farina que arabice uocatur dechich & fit ex ea ſimula que ara. uocatur ſinichamiſco: & a romanis ſilichinites: & fit ex eo furfur quod ara. uocatur nocale: & fit ex eo amilũ ꝙ ara. uocatur uiſce: & fit ex eo panis qui ara. uocaẽ chobos: & damarach: & fit ex eo ſimiliter fermentũ ꝙ ara. uocaẽ chamir/ grece ζεζ uel zima. GAL. viii. ſim. phar. cap. de tritico: pirus .i. triticum ut cibus fit qualis uirtutis non eſt preſentis opis uti/ ut farmacũ uero extrinſecus appoitũ ex primo eſt gradu calefactiuũ/ at uero neq; ſiccare neq; humectare euidenter natum eſt: habet autem quid uiſcoſuz & obſtructiuum: qđ uero ex eo cõſtituitur amilum frigidius & ſiccatiuius ex eo eſt. cathaplaſma autez quod fit ex eo magis dyaforetice: eſt uirtutis q̃ ꝙ ex tritico: uirtutis enim attractiue & diaforetice eorum que in profundo eſt fermentum. Et idem in li. de cibis/ cap. de tritico, qđ equi q̃do eo cõmedunt ipſũ nõ effugiũt a nocumẽto qđ ifert eis: & eſt utiliſſimum ſimpliciter oĩb⁹ gẽtib⁹: & ex eo ẽ maxĩe nutrimentum quod eſt maxime ſpiſſuz & cõmenſuratum cum ſubſtantia dura, ita ut uix a dentibus diuidatur: cõtrariũ eiuſmodi cũ exhibet nutrimẽtũ: optimũ autem quod grauius & ſpiſſius & colore rubicundi⁹ ſpiſſiuſq; int⁹ & extra: & fu/ ex eius furfurea farina panis q̃ noĩatur pitirei. i. furfurei paucitatẽ nutriotinis habens & faciens multam ſuperfluitatez/ & propter hoc ſecedunt per uentrez de facili/ unde quia abſterſiuam uirtutem participat furfur/ merito ſegregatõ eoꝝ fit uelox inteſtis ꝓuocatis ad egeſtionẽ/ eſt enim ca. & ſic. temperate. Contrariũ eniz de pane qui fit ex farina pura/ que ara. uocatur ſinchimiſtos: & a romanis ſilichinites: & a nobis ſimula: egeſtio aũt omnium panum tardiſſima/ ẽ eni egeſtõ ipſorũ ſufficienter uiſcoſa ut ad plurimũ ueniat non diſtincta .i. ſeperata q; ꝓpriũ ẽ uiſcoſi corporis. Merito ergo iſti q̃dẽ & fermento ampliori indigent & in paſtatiõe: furfureis aũt ſufficit & fermẽtũ modicum: & inpaſtatio debilis: & temp⁹ paucum: ſic autem aſſatione ipa ꝓlixiori

quidē q̄ puri: breuiori autē qui furfurei
idigēt: ūter puriſſimos aūt & furfuriſſi-
mos non pauca eſt latitudo in magis &
mīus: quibuſdam quidem puris: qb9 daz
autem ſordidis noīatis. Eſt autez & ſpēs
panum media, qui antopiri uel popirī
appellantur uel oppopiri. Antiquiores
autē medicorū uocabāt ipos ſincomiſtos
ſed a quibus furfur totum non ſepatur
uocat̄ ſinkimiſtos & a romāis ſilichītes
qui autem deīceps ipſorum ſemidalites:
eſt autem paīs primus ſilichīnites ideſt
puriſſimus: coīter autem ſemīdalites: &
tertius q̄ medi9 ſincomiſt9 uel opopir9
poſtea eſt quartus quī ſordidoz exiſtēs
extraneus q̄ furfure9: quī utiq; & mīus
nutritiuus: & magis aliis ſecedit ſecūduz
uētrem: eſt enim furfur mīnus calidum
& plus ſiccum compatum ad medullam
frumēti. Optimi autē panes p̄ digeſtōe
ſunt qui ſunt maxīe fermētatī habentes
plurimuz ſalis: & quī aſſationē habuerūt
cōmenſurato igne: & ī clibano nō paruo
& azimi non indigeſtibiles: amplior q̄dē
ignis & mox in prīma applicatiōe exte-
riorem ſuperfīciem adurēs obſtrachīzat
.i. indurat: & accidit ſecundū hoc paruū
fieri panem: crudum quidez & īperfectū
quod intus habentem: ſuperarſum autē
& ſiccum & obſtrakealem q̄ extra: mīor
autē cōmenſurato igne nō perficit bene
panem, ſed crudiorem dereliq̄t & maxīe
q̄ īntra totum. Quicūq; autem īn igne
cōmēſurato per totū ſuī ipſī regulariter
aſſati fuerunt, iſti & digeruntur ſecūdū
uentrē optīe, & ad cōſequētes opatiōes
quecūq; poſt digeſtionem ſunt idoneiſ-
ſimi fiunt, de aliis uero cibis qui ex farīa
preparantur triticea tēpus utiq; ē dicere,
qui quidē ergo apud antiquos noīantur,
tagenie apud nos qui ſecundum aſiam
agaratem .i. patellares: & ſunt ceppole:
preparant enim per oleuz ſolū: īmittitur
autem oleum in patella ſuppoſita igne
ſine fumo: infunditur autē ipſi calefacto
farina tritici multa aq̄ p̄mixta: celeriter
igit̄ cocta oleo cōſiſtit: ſimiliter tenero
caſeo uaſcalis coagulato, tunc autem
uertunt preparantes ipſam eam quidez
que ſuperius ſuperficiē elaborātes ſubt9
ut conformem patelle ſufficiēter autez
coctum q̄ ſubtus erat prius ad ſuperi9
reducens ut ſuperficie, tenuis ſit. Et
cum iam & q̄ ſubtus cōpingatur uertūt
rurſum ipſum bis utiq; & ter quouſq;
utiq; totum ipſis uideatur coctū regu-
lariter. Eſt autez utiq; & aliud placētule
gen9 que ſuper tabula preparatur. Eſt
autem duplex ſpecies tabularum placē-
tularum: una que uocatur riſcemata: &
iſte ſunt que in igne in furno coquūtur
& alie que uocant̄ lagane: iſte eniz & oīa
que ab eis deſcendunt, deteriores illis
que riſcemata uocantur: unde tā tagaīe
uel patellares q̄ riſcemata & lagane & q̄
ab eis deſcendūt ſunt groſſorū chimorū
& crudorū generatīe: & uētris cōſtrictīe
propter q̄ aliq̄ ipſis adiungunt mel: ſūt
autem & qui marīnos ſales: ſunt autem
placēte tabulares uel riſcēata & lagane
deteriores: ſūt enī groſſi chīmi generatīe
& tardī deſcenſus: augmentatiue ſpleis
& epatis & obſtructiue uētris: & lapidū
in renibus generatiue, & ſufficienter
nutritiue ſi bene digerantur, bene īn
ſanguīnem conuertantur. Cum autez īn
melle preparantur fiunt mixte uirtutis,
tanq̄ utiq; melle ipſo habente ſubtilem
chimum & quibuſcūq; applicatuz fuerit
omnia ſubtiliante. Merito ergo quecūq;
mel īn p̄paratione accipiūt: & decoctōnē
habent prolixiorem & minus tarde ſūt
diſcenſus: & chimum generant mixtum
ex ſubtilī & groſſo: epatī autez & reib9
& ſplenī ſanis quidem meliora, illis que
ſine melle aptata ſunt: principium aūt
obſtructionis habentibus aut flegmoī-
zantibus aut obduraſcētibus. i. patiētib9
apoſtema durum nihil minus illis, ſed &
aliquando magis nociua & ualde: maxīe
omnia quorum uiſcoſa ſatis eſt farina
elixa, niſi ex eo panis inclibano coquatur
ſed ſi digeratur magnam habz uirtutez
frumentū ſi ſit coctū, & nutriēs fortiter
corpus & robur maximum exhibens eſt
utentibus ipſo. Fit ſimiliter ex frumēto
amidum de quo inuenies ſi legis amiluz
necnon ex eo fit fermentum quod ſcies,

si leges litteram fermentum. Auerois in suo colliget panis grossus uelotior ad digerendum quis aliis plus nutrit & nō est tāte siccitatis sicut grossus, quamuis ipse grossus cito digeratur. Et panis qui conficitur cū multa aqua est spōgiosus sed azimus panis est grossus & uiscosus & ideo non est bonus, similiter ille qui nimis est fermētatus non est bonꝰ, quia trāsmutatur cito ad humores putridos propter calorem extraneum generatuꝫ in eo.

Heuche .i. trifoliuꝫ qđ oritur ī paludibꝰ & est species andachoche.

Heufrichicon .i. ypericon.
Hebagile .i. cardamomum minus.
Hebal .i. amilum.
Hebacul idem quod supra.
Hebelecen .i. amomum
Hebeleon .i. grana paradisi.
Hebel .i. sauina.
Heberand .i. bacce lauri.
Hecasibat .i. terbentina.
Hecalbron idem quod supra.
Heccato .i. atriplex.
Hecuropion hectropion .i. reuersio palpebre inferioris ad exteriora que fit a senectutis debilitate aut paralisi.
Hec .i. mirra.
Hedersen .i. uitis alba.
Hederagesen idem quod supra.
Hedem .i. polium montanum.
Hedioſmum .i. menta.
Hedioſmon idem quod supra.
Hedisſmatat id est stigmata & unguenta odorifera.
Hedrumon .i. iuleb.
Hed .i. lignumaloes.
Hekasibat .i. terbentina.
Hekarium .i. marubium.
Hekabrido idem quod supra.
Helabes .i. semperuiua.
Helba .i. fenugrecum.
Helbalugne .i. cardamomum minus.
Helbaugne idem quod supra.
Helkacabotom .i. terbentina.
Helcalimbat idem quod supra.
Helcalinbat idem quod supra.
Heltalimbat idem quod supra.

Helenum .i. enula.
Helenia idem quod supra.
Hele .i. uiscus.
Helemilin .i. galanga.
Helenelin idem quod supra.
Helbedi .i. fex uini albi.
Helbebani .i. grana que dicūt ben.
Helbet .i. species rubi
Helbelalu .i. anisum.
Helterbutinum .i. terbentina.
Helicen .i. spēs salicis breuioris stature.
Helisoydes .i. tunice quibꝰ utūtur nerui testiculorum.
Helisme .i. arbor masticis
Helix .i. tertia spēs edere.
Helyen .i. altissimus.
Heltif .i. planta cuius gumi ē asa fetida.
Heltirum halti .i. assa fetida.
Helutos .i. furunculus animal.
Helusion .i. marubium
Heluslion idem quod supra.

CAP. CCCLI.

El ara, latine mel. SERA. libro agre. cap. hel auct. gal. uirtus eius est que calefacit & desiccat in secūdo gradu ūde uirtus eiꝰ ē que abstergit q̄do coqt̄ & maturat; fit pauce acuitatis & pauce absterſionis & ideo administratur ad ī-carnandum fistulas & ulcera profunda. Mel uero amaruꝫ est & cōpoītū ex uīr-tutibꝰ diuersis sicut si cōponeres mel cū absinthio. Et mel bonum est qđ ē dulce, in quo est acuitas aliquantula ín gustu & habet odorem bonum: & color eius ē uergens ad rubedinem neq; ē nīs līqda: & quando miseris in eum digitū adherꝫ digito: & uenit cum eo uirtus quidem mellis est absterſiua: aperitiua orificiorū uenarum & resoluit humīditates: & īō quando ponitur in ulcerib9 fraudulētis profundis conuenit eis multum: & q̄do coquitur & poītur super scissuras cutis consolidat eas. Et quando coquitur cuꝫ aneto humido & linitur cuꝫ eo ēpetigo curat eam: & quando miscetur cuꝫ sale trito & distillatur in aurē sedat tīnituꝫ

auriū:& ſi linitur cum eo caput, occidit pediculos & lendines & q̄do indumentū alicuius eſt breue nimis ſi eſt exlana & uult q̄ elongetur ſi irrorauerit illud cū aqua deinde liniatur cuz melle elōgatur & mel abſtergit tenebroſitatem uiſus quando fit collirium cum eo .xiiii.dieb9 continuis:& fiunt cuz eo gargariſmata & conferūt apātibus gutturis & fauciū & ſqnancie:& ſi liniuntur cuz eo gīgiue puerorum tempore ortus dentiuz eorū facit eos facile naſci:& ſine dolore : & ſi accipiatur uel bibatur prouocat urinas: & conuenit tuſſi:& quando bibitur cuz oleo roſarū conuenit morſib9 uenenoſis & illis qui potauerunt opium:& quando fit lohoc cum eo & bibitur, conueit illis qui cōmederunt fungos mortiferos : & confert morſui canis rabidi : & quando ſpuma ab eo non eſt ablata facit tuſſim & laxat uentrem quare neceſſe ē ut non adminiſtretur anteq̄ auferatur ſpuma eius. Et melius quidē mel eſt ueris:deīde eſtatis. Mel uero hyemale eſt malum, qa eſt ſpiſſum groſſū & nō habz ſupradcās uirtutes:ſed mel quod ē in ſyria ē amari ſaporis:& hoc ideo qa apes illi9 regionis cōmedunt abſinthium . Et hoc tale eſt bonū ad abſtergendum empetiginem & liuores q apparent ī facie & alias ſordes cutis q̄ ab hūoribus ſupfluis generātur, īuenitur qddaz mel in terra dadie bentichi qui comederit illud īcurrit īnſaniē mētis cū ſudore plurimo, exiſtiātur hec uirtus cōtrahi flore redidendi .i.oleādri & ſi cōedit poſt ipſum rutam & piſces ſalitos & bībat oximel, cōueit & euadit ſed oportet q̄ cōmedat hec uice p9 uicē deinde uomat & hoc qdem mel ē acutū adeo q̄ quando odoratur cōmouet ſternutationez : Miſcetur autē hoc mel cum coſto & linitur empetigo & curat eam:& miſcetur cū ſale & curat liuores & dolores qui fiūt a pcuſſioē. GAL. vii. ſim. phar. cap. de melle : Mel calefacit & ſiccat ī ſecūdo gradu ē autē ſimplicis ut eſt dicere maxie uirtutis & complexioīs de abſterſiue nobis nominate conſuete exiſtens ſpē pharmacoꝝ/coctū autē mi9 fit acre. & abſterſiuū unde ad cōſolidationes eo utuntur ſi uero aliqd mel eſt amarum ſicut quod in ſardona palaz eſt quoniam mixte ē uirtutis ac ſi aliquid admiſcetur abſinthii . Sed ſciendum q̄ plures ſūt ſpēs mellis: eſt una ſpēs mellis quod eſt mel uſuale quod diuerſificatur ſecūdum drās ſupradictas: Eſt alia ſpēs mellis quod uocatur mel at heniēſe quod affertur ab athenis & eſt mel ueſparum ī locis ſubterraneis factuz: Et eſt idē qd mel paſtīatū uel granatū ut in alexādro & uocatur mel paſtínatuz illud qd ē mel granoſū ut oribaſi9. Eſt alia ſpēs mellis qd uocat mel acticū .i. mel ueſpaꝝ ſecūdū quoſdā ſz falſo quonīā dyas. cap. de melle dicit mel ſucus eſt roris celeſtis cuius genera ſūt duo unū qd cupilioēs colligūt apes q̄ ſunt oblōge aliud qd ſub terra īuenitur uel acticū līmaticū . Et etiam ibleon ſed ibleon melius ex eo eſt bonuz qd eſt dulce odoratū rufum & nō ualde liquidum & cum miſeris digitum citius aſcendit . Sed ſciendum q̄ mel acticum dicitur ab actica regione ut mel thimū dicitur a regione thīma: ūde regio actica ē regio in q̄ habundant īpſe apes & ipſū mel ſic q̄ mercatores utētes in regione actica aliq̄do emūt illud qd apportatur de aliis regionibus in regione actica. Et illud qd apportatur de regione thiā: ūde Plinius īquit mellis actici ſūma laus toto orbe eſtimatur tranſlatum in actica ſz thimū magis laudatur, quare in aliquib9 ātiquis antídotis. mel acticū mel thienū expoītur . Eſt alia ſpēs mellis qd dicitur mel lubue uel alubue & ē aqua q̄ accipītur cum inciditur cortex arboris lubue & illud mel ē ſtorax liquida ut apparet ſi leges l. lubue. Eſt alia ſpēs mellis quod dicitur mel anacardinū & eſt ſuccoſitas que eſt in ipſis anacardis: Eſt alia ſpecies mellis quod dicitur mel cāne quod fit de cānis dulcib9 & ſuccus eaꝝ nō cohagulatur ꝓpter nimiam pinguedinem eius AVIC. dicit priā fen. quarti canōis cap. de hora cibationis febricitātium q̄ mel cāne eſt zucarū: & hoc ſimiliter īuenies ſi leges l. zucaꝝ. Nā īueīes q̄ eſt zucaꝝ

qđ propter ſui pinguedinē nō īduratur hoc ſimiliter uult. gal.vii.de.ſim.phar. dicens zucarum quidez uocatum, qđ ex media & felici arabia portatur. Coagulatur quidem ut quidā ayunt cannis: eſt autem & illud mellis ſpecies, minus autē ex eo illud qđ a nobis dulce: uirtute autē ſimilis eſt ei inquantū abſtergit & ſiccat & diaforat: & ſimiliter mel cāne quodā eo reſiduo, zucari, quando decoquit uel ipſemet ſucus. Eſt alia ſpecies mellis, qđ dicitur mel rubrum, & eſt īdē qđ ſupra. Eſt ſimiliter alia ſpēs mellis qđ uocatur mel ſtoracis & ē illud mel lubue ut ſupra. Eſt ſimiliter aliud mel quod uocat mel acanum & interpretatur mel ſine fumo, & eſt mel caſſia fiſtulatum, & eſt pulpa caſſie fiſtule & eſt mel myrtinū quod fit ex duabus ptib9 mellis & una ſuci mirti ut apparet in antidotario gal. minori in confectione que incipit confectio mellis mittini.

Hemaze ateregi .i. acetoſitatis citri/
Hemadam .i. folia arboris unde fit aſa fetida/
Hemeraſſem .i. uitis alba/ aliqui dicunt q̄ eſt rafanus
Hemeſt .i. laurus
Hemdelip .i. ſolatrum
Hemdedris .i. ſerpens alb9 maſcul9
Hemhams .i. cicer/
Hena .i. alcanna/
Hemia idem quod ſupra/
Henea .i. frumentum/

CAP. CCCLII.

Ene albegi uel azad ara. uel alterma: grece maratetos: latine galbanum. Galbanum ca. eſt in tertio gradu hu. in primo eſt gumi cuiuſdam plante ſimilis ferule, uirtutem habet attrahendi diſſoluendi cōſumendi & leniēdi maturādi & relaxandi. SERA. li. agre. cap. Hene albegi auct. dyas. galbanum eſt gūi plāte cuiuſdam ſimilis ferule in figura ſua: & melius ex eo eſt illud quod eſt mundum, ſimile olibano aut armoniaco adherēs manui non habēs aliquid ligni nec ſemis eius planta & lignum habēt grauē odorē & non ſunt nimis ſicca: adulteratur cuz reſina pini que admiſcet cū fabis fractis & armoiaco. GAL. viii. ſim. phar. cap. galbanū ſecundū tranſlationez gre. galbanum opos eſt ferularis plāte mollitiue & diaforetice exiſtens uirtutis & erit utiq; in calefaciēdo ex tertio gradu incipiēte uel in ſecūdo cōpleto exſiccādo uero ex ſecundo icipiente. DYAS. cap. de galbano. Galbanū lacrimum ē cuiuſdā herbe ſimilis ferule que in nicomedia naſcitur & ſiria cuius eſt optimuz quod eſt mundiſſimum & ſimile armoiaco & thuri in colore grana habens ut faba. Adulteratur autez reſina: & faba diuiſa & gutta armoniaci. Et idem Sera. auct. dyas. uirtus eſt ei ca. ignea epiſpactica: & diaforetica. Contra aſma frigidū dētur ℈.iii. cū ouo ſorbili uel aq̄ ordei. Contra litargiam ponatur ſub carbonib9 & recipiat patiens fumum: cōtra ſuffocatōez matricis idem fiat per embotum ponat inferius: contra ſplenis duritiē ponatur i aceto p tres dies & noctes & poſtmodū fiat decoctio: deide colet & colatura in mūdo uaſe ponatur, addita cera & oleo & picula & fiat emplaſtrū ſupante galbano: uel cerotuz ſuperante cera uel unguentum ſuperante oleo: ſed meli9 ſi fiat emplaſtruz ita q̄ accedat ad cerotū, ad menſtrua prouocāda & fetū mortuū, & ſecundinam educendam fiat naſcale ex eo extincto in oleo. Ad apoſtemata maturandum & rūpenduz ſupponatur ad lumbricos occidendos dentur pillule ex galbano intincte in melle. DYAS, galbanum appoſitum naribus fumigio & ſuppoſitum menſtruis impat aborſū facit: aceto & nitro mixtū lētigies tollit ut granum fabe gluctitum tuſſiz medet diſnoicis & aſmaticis opitulatur: de alto cadentium cōquaſſationibus ſubueit: cū uino & mirra bibitum uenenis occurrit: infantes in utero mortuos acceptum excludit. Impoſitum dolorē lateris mitigat: tortiones ſpargit epilēticis utiliter adhibetur: citius ſterica odori adhibit9

curat: fumigio ſerpentes excludit: oleo mixtum & perunctum uim ſerpentum non admittit: oleo ſpõdilino mixtum & a ſerpentibus cõmeſtum hiiſdem infert necẽ: dolorẽ dentiũ ipoitũ tollit: acceptũ uel in capite uirge cataplaſmatum iter urine preſtitat: potioĩb9 neceſſe miſcet, ſi cum amigdalis amaris & cuz aqua aut cũ ſuco rute aut miconio mixtũ & eri uſto aut felli additũ ſed illud qđ poitur in medicĩs debet ſic mũdari: mitte illud in aqua ca. & cum ſe ſoluerit illud quod reſidet utile eſt: qđ uero ſupnatat ĩ utile uel ſic melius mundabis liga galbanum in lintheolo & in urceolo fictili ſuſpẽde quem urceolum in aqua buliẽte pone qa cum calorem ſenſerit p lintheolũ liq̃ſcit & ſic liquatuz confectionib9 & ãtidotis miſcetur. SERA. auct. dyas. quando fit naſcale cum eo aut ſuffumigatio ꝓuocat menſtra & expellit fetum: & quãdo fit emplaſtrum ex eo cuz aceto & nitro aufert bothor lactea: & accipitur ex eo ſicut granũ fabe ad tuſſim aſma & coartationẽ ãhelit9 & ad attritioẽs lacertoꝝ & quando ſumitur in potu ſicut diximꝰ expellit fetum mortuum: & ſi fiat cum eo emplaſtrum dolori lacertorũ confert & furunculis: & quando odorat excitat epilenticos & mulieres patiẽtes ſuffocationem matricis & opilationẽ in cerebro habentes: & quando fit fumigium cũ eo expellit aĩalia uenenoſa: & ſi iungat quis cuz eo preſeruat ipſuz a morſib9 uenenoſorũ. Et quando miſcetur cũ medicĩa q̃ dicit ſãchidalion & oleo & appropiãt aĩalibus uenenoſis occidit ea & appoitur denti doloroſo aut corroſo & cõfert: & dixerunt quidam q̃ quando preſumitur in potu eius curat ſtranguriam quando uis ipſum dare in potu diſſolue ipſuz cũ amigdalis amaris aut cum aqua & uino aut cum mellicrato.

CAP. CCCLIII.

Enne ara. grece cipr9: latine alcãna: & a quib9 dã uocatur ſcotanum incongrue: & eſt arbuſtum unde fit oleum ciprinum: & eſt illud quod de alcãna ut apparet per concordiã. Auic. & dyas. i. tri ſq; capitulis puluere foliorꝝ utimur. SERA. li. agre. cap. hẽne. Hẽne. i. alcãna flos alcanne eſt ſimilis floribus mirti niſi quia eſt in racemis: & flos eius eſt albus declinans ad glaucedinem acuti odoris: Et idem auct. dyas. eſt arbuſtuz habens folia ſupra ramos ſuos ſimilia foliis oliue niſi quia ſũt latiora & molliora & uiridiora: habet florem album ſilẽz uſnee boni odoris ſemen nigrum ſimile actis: & quod de ipſa adminiſtratur ſunt folia & ſũmitates eius. GAL. vii. ſim. qđ hab. cap. de cipro ſecundum trãſlationẽ ara. Ciprus ideſt alcãna. huiꝰ arboris folia & extremitates ad utilitatem perueneruntꝰ ſubſtantia eius eſt cõpoſita ex acuta ca. cum temperamento & ſubſtantia terrea frigida ſicca. Et ſapor eius eſt ſtipticus & uirtus eius deſiccat ſine mordicatiõe unde uirtus eius repercutit & diſſoluit. Paulus cap. de alcanna eſt fri. in primo ſic. ĩ prĩcipio ſecundi. POSSE. SERA. auct. dyas. uirtus foliorum eius ſtiptica ẽ & iõ quãdo maſticantur curãt alcolã & infunditur decoctio eius ſup cõbuſtionẽ ignis: & quando teritur & infunditur in aqua aſtaratios & liniuntur inde capilli fiunt rubei: & ũguenta que fiunt ex ea molliunt neruos & facit ĩ uulnerb9 illud qđ facit ſanguis draconis. GAL. phib9 dilatationem pupille & cõbuſtionẽ ignis quãdo coquitur ĩ aqua proiicitur aqua illa ſuper locum cõbuſtioĩs & ipa adminiſtratur in medicinis heriſipille & cõueit ulceribus. ſ. alcole que fiũt ĩ ore puerorũ.

Heraclia .i. ferraria nigra
Herafel .i. lactuca aſini
Heraalbelem .i. ſemperuiua

CAP. CCCLIIII.

Erbaturum uel herbatutis ara. gre. peucedanum latine cauda porcina. SERA. li. agre. cap. herbatutis auct. dyas. eſt planta habens folia ſimilia plãtaginis & habet uelut capillos adherentes

prope radicem: & ſtipites ſimiles plante maratri & habet florem citrinuz: radix eius ē. de foris nigra, deintus alba, grauis odoris groſſa plena huīditate. Naſcitur in montibus & umbroſis locis & obumbrantibus arboribus. Radix quidem eiꝰ ſcinditur cum cultello dum eſt recēs, & extrahitur huīditas que ē in ea & poītur in umbra, quia uirtus eius debilitatur a ſole: & quādo colligitur huīditas accidit eis qui eam colligunt ſoda: & obſcuritas uiſus niſi ponatur in naribus ſuis oleuz roſarum & fundat ex eo ſup caput ſuū quando uero extracta fuerit hūiditas a radice illa poſtea nō remanet ī eo aliqđ iuuamentum: extrahitur humiditas etiā a ſtipite eius ſicut extrahit ſucꝰ radicis mandragore: ſed uirtus eius eſt debilior uirtute humiditatis que extrahitur ex radice. Nam uirtus eius uelociter reſoluitur. Reperitur autem gūoſitas ąherēs radici ſimilis olibano: & melior ex iſto ſuco huius plante eſt ille qui defertur a terra que dicitur ſardia: & ex terra que dicitur ſarmahachi & eſt grauis odoris, & in colore ſuo eſt rubedo & mordicat linguam q̄ndo guſtatur: & melior radix eſt noua non corroſa dura puri odoris. GAL. viii. ſim. phar. cap. de peucedano ſecundum trāſlationē arabicaz plurimū qđ adminiſtratur ex hac planta ē radix proprie & iam adminiſtratur lacrimus & ſucus eius & omnium uirtus eſt una niſi quia lacrimus eſt fortioris uirtutis & uirtus eiꝰ eſt que calefacit calefactiōe forti: unde reſoluit ſubtiliat & incidit.

POSSESERA. auct. dyas. lacrimus eius mixtus oleo roſarum & aceto capiti fomēto adhibitꝰ litargicis & freneticis medetur: ſtoāticis & epilenticis plurimū prodeſt: dolorē capitis mitigat: ſciaticis & contractis & paraliticis maximum preſidium eſt. omnes neruorum cauſas cum oleo & aceto perunctus componet ori matricis fumigio applicatus offocationes ſtericas ſoluit: ſompnuz plurimū dormientibus prohibet: fumigatiōe ſua domi ſerpentes excludit: oleo roſarum admixtus dolorem aurium tollit: iectuz foramini dentis dolorem non admittit tuſſientibus opitulat. cuo ſorbili addit & acceptus, diſnoicis & tortionibꝰ pſtat effectum: uentrem lenit: ſplenē attenuat, dolorē ſtomaci compeſcit: dolorē ueſice & renum bibitꝰ. phibz matrici ſalutaris eſt: preſtando euſtomatica radix eius & elixatura eius omia ſimiliter iſtis facere poteſt: fomento adhibita uulnera curat. Radix eiꝰ ſicca & impoſita id facit: oſſa fracta excludit: uulneribus ātiqs cicatrices ducit. cerotis neceſſe miſcetur: ſiliter & malagmatibus termanticis. Radix eligenda eſt odore ſuauis, fortis & non uetus: lacrimus eius cōfectioībus miſceri pōt maxīe ſi aīgdalis amaris, rute & aneto & pani calido triceo admixtus fuerit: & ſic dari poteſt. Item radix eius uulnera antiqua expurgat & incarnat & incenſa uipas & ſerpentes fugat. GAL. peucedanum confert egritudinibus neruoruz & egritudinibus que accidunt pectori & pulmoni ab humoribus groſſis uiſcoſis, que ſumitur īn potu cum uino: & fit ſumigium cum eo & attrahit odorando eger ſumum eius & facit īdē. Et quando ex eo poītur in corroſioībus dētiū ſedat dolorem eorum ſtatim, quoniā ſubtiliuz ptium eſt & curat doloreꝫ ſpleis icidēdo & ſubtiliando groſſos humores. Radicis uero calefactō ēminor & deſiccatō eiꝰ ē fortis ſīpa nāq; calefacit ī prīcipio tertii gradus. Et uirtus eius eſt que abſtergit & īcarnat & poteſt adminiſtrari ī oībus ſupradictis. Et quando poītur ex eo ſup os cuiꝰ corticē uolumꝰ expellere, expellit eū cito & incarnat ipſum: & conueīt multum ulceribus fraudulētis malis q̄do deſiccatur teritur & puluerizatur ſupra ea eo q̄ mūdificat & replet carne & conſolidat.

Herba feriaca .i. malua.
Herba gatte ualriana mercorella: ſu idem pro qua lege ſu.
Herba benedicta idez quod ſupra
Herba caricalis .i. uua lupīna.
Herba barba alguf. i. elleborus.
Herba podagris. i. epithimum.
Herba auris muris. i. auricula muris.

Herba pigmentaria .i.citraria
Herba iudaica .i.herbum
Herba catolica.i.mezereō uel alipiados
Herba ſancti iohānis:ypicon :perforata ſcopa regia:infaricon idem
Herba uitri uitriola.i.paritaria ſꝫ ſciendum ꝙ herba uitri uel dicitur, quoniam abſtergit uitrum & hec eſt paritaria uel quoniam eſt materia uitri & ſic ē herba unde fit uitrum pro qua.l.l.uitrum
Herba iouis .i.ſemperuiua minor
Herba uenti maior.i.paritaria ſꝫ herba uenti minor eſt conſolida minor :& eſt habens ſpicam puam ī ſūmitate eiꝰ ſicut ſticados arabicuꝫ:& differt ī figura pap ab artetica
Herba capillaris, adiantum .pollitricum capillus ueneris ideꝫ:quoniam omēs iſte herbe ualent ad augmentum capilloruꝫ & ideo quelibet ipſaruꝫ uocat capillaris Et hoc ſecūduꝫ dyas.licꝫ diuerſificētur ſecūdum figuram.
Herba emphimerina.i.centumnodia
Herba uenerea .i.acorus
Herba flaura plāta leoīs.i.trifoliū maius & eſt ſpēs andachuce & a nobis uocatur herba maura .l.l.handachuca
Herba ſancti petri.i.paraliſis
Herba guzen ē,quā ſcies ſi leges.l. guze
Herba emina idem quod ſupra
Herba fugee falſo ſic nomiatur quoniā non eſt herba ſed quid ē lege darſiſahaꝫ
Herba tumuſii idem quod ſupra
Herba tetrahic .i.iudaica
Herba egiptia .i.dipſeus
Herba fullonum.i.ſaponaria q̄ abſtergit & mundat fortiter ut ſapo pro qua .l.l. borith
Herba leporina .i.ſatirion
Herba ſancte marie.i.herba ad albedinē tendens rugoſis foliis ſicut herba que dicitur flōmos & ingreditur in unguēto martiaton quod ponitur in antidotario gal.minori medetur frigidis doloribus & eſt ca.& ſic.cōplexionis

Erba graſſula ē herba de q̄ iueīt maior & mīor & mīor ē uermicularis ꝓ q̄.l. litterā herahalem. Maior eſt herba habens folia tenera & pinguia, ī quoruꝫ ſuperficie eſt borra & ualet contra ignis arſuras:ſucus eius curat ramicē puerorū, ſi accipiāt folia graſſule & cime oliuarū & terantur ſubtiliter cuꝫ axungia porci recēti & exprimatur per petiā & buliat cuꝫ modico uino albo qbus admiſceatur maſtix & olibanum & poſtea ungatur.
Herba adhil .i. eufragia
Herba adhip idem quod ſupra
Herba bulne .i.cardo benedictus
Herba unguis leproſa.i.apium riſus
Herba maura .i.herba flaura
Herba que oritur in lapidibus faciens labere pedes quid eſt.l.l.ayned
Herba ſacra .i.berbena
Herba lactis .i.urtica
Herba tornitii .i.lupinus
Herba lucis .i.celidonia
Herba capillacea.i.thimus
Herba bali .i.herba uſnen
Herba nari idem quod ſupra
Herba uſnen quid eſt .l.l.uſnen
Herba iamena .i.coſtus
Herba daneta .i.galea uel regalea
Herba piſterea.i. colūba pro qua.l.l. piſtereon.
Herba baccara.i.aſarus
Herba benedicta.i.fu
Herba canoſola.i.polium
Herba falies .i.flos ſambuci
Herba luminaria.i.ippuris
Herba melliſſa.i.citratria & ē bedarūgie
Herba naucaſium.i.faba inuerſa
Herba ſtulta' .i.portulaca
Herba rapiens uitam .i.mezeron
Herba faciens uiduas idem quod ſupra
Herba puerilis quid eſt.l.l.yacintus
Herba fluminis .i.lenticula aque
Herba ſcelerata.i.apium riſus
Herba polidragnus.i.metalim uel perithimum.
Herba ferraria .i.uerminata
Herba lucernaria.i.flōmos
Herba ruſtica .i.roſa ſiluatica

Herba marie .i.athanasia
Herba herculis .i.herba iouis
Herba uesicalis .i.alkekengi
Herba basilica quid est.l.l.casi alkel
Herba apātum .i.spargula
Herba cancri .i.herisipilla
Herba tremola .i.tormentilla
Herba artetica quid est.l.l.artetica
Herba luparia est cuius puluis interficit lupos & uocatur aconitus
Herba paralisis est cuius folia florere incipiunt tempore yemis que se extendūt in terra quasi alba & crispa ut alissagus. florē albū profert ca. ē & sic. cōplexioīs & doloribus medetur.

CAP. CCCLVI.

Erba fetida ē herba subtilibus foliis similis herbe que uocatur abrotanum. plena semībus similātibus semībus lūbricoȝ, sapor eius uergit ad amaritudinem nociuam grauis odoris, & sapor eius est amarus cum aliquali salsedīe & stipticitate pauca & ē calidior absinthio & debilior obrotano: & est mala stoāco & claudit orifitia uenarum matricis sic ꝙ cataplasmata supra uentrem calida constringit sanguinem exeuntē post ptū & tempore menstruandi.
Hercaricon .i.ypericon
Hermar .i.asinus
Hereos est quedam passio amoris
Herelaten .i.estiomenus
Hermelum .i.armel
Hermes .i.azer

CAP. CCCLVII.

Ermerocalles idest plāta ut bulbꝰ ematicus q̄ māducat fructus eiꝰ ē sicut narcisscus differens ab eo in flore tantū. DYAS.cap.hermerocalles. Hermerocalles aut cataleptē uelut bulbꝰ ematicꝰ folia habet & hastā similem lilio in initio cum inceperit apire flores lilii ostendit tres uel quatuor: sed postq̄ floruerit uiridem facit colorem bonū & odoratū. Radix eius in magnitudine silis ē bulbo sed paulo maior. POSSE.DYAS. hec si bibita fuerit humorē sordidū matricis excludit menstruis imperat folia eius cataplasmatibus adhīta cōbustioībꝰ medicantur.
Herpetica sunt que fastidium auferunt
Heriza .i.risi
Herbilia .i.legumen
Herbion .i.cheiri
Herbilum .i.serpillum
Herssistidos .i.ypoquistidos
Hermic .i.xiloaloes siluester.

CAP. CCCLVIII.

Ermic est similis piperi, nisi quia appropinq̄t citrinitati & est boni odoris silis xiloaloes & affertur de regione sclauorū cōplexio eius est eq̄lis cōfortat stomacum & digestionem.
Herpillum .i.serpillum tamen aliquando sumitur pro poligonia ut in alexādro de dolore capitis ex causa calida.
Herouacte.i.uerminata uel uermicularis.

CAP. CCCLIX.

Erochalchay uel saxabram ara.gre.kamlela uel senition uel hirigontis latine senatiō uel apiuȝ aque: uel nasturtiū aquaticū siue cardamꝰ agrestis. SERA. li.agre.cap.herochalchay. Herochalchay est planta q̄ nascitur ī aquis habȝ stipitē rectum: & ramos: & est tota plāta pīguis & habȝ folia similia foliis apii dicti ypoſellinū nisi quia sunt minora eis: & habȝ odorem bonum quando masticatur: & est ca. & sic. & conuenit calefactis q̄ndo roratur super ipsam aqua fri. aut aqua rosarum. Et quidam dicunt ꝙ est fri. ex eo quia non nocet habentibus sirsen. Et idem auct. Ysaac habē arā ē ca. in primo gradu & sic. in secundo. Et idem auct. gal. uirtus eius ē calefaciēs. DYAS. cap. senation .i.nascurtiuȝ aquaticū nascitur

in aqua fructicem habens pīguem: & ramulos longos & folia minuta ſimilia ypoſellino niſi quia ſunt minora eo que maſticata odorem ſuauiſſimum habet.
POSSE.SERA.auct.yſaac haben arā ſemen eius ſtringit uētrē qui fluit ꝓpter caliditatem quando bibitur ex eo aure9 .i.cum aq̄ fri.aut ſuco citnioruz & ipſū confortat membra.DYAS.ſemen eius crudum & cōmeſtum calculos excludit urinam ꝓuocat:mēſtruis īpat:diſitericis prodeſt.Catebras ſapiens huic perhibet teſtimonium dicēs ꝙ coqnati ī aq̄ ſoluūt & cū carnibus ſpūalia mūdificat:ſomētū ex aqua ſalſa & oleo decoctioīs ei9, ualz ad dolorem yliacū:ſtrangurīā & diſſuriā in uino decocti & cataplaſmati ad idem ualent:diuretica ſunt.

Hermodactilus quid eſt.l.l.ſturragen
Herua .i.pentadactilus
Herbum ſiue ut alii orobuz naſcitur ut lenticula: ſeritur etiam cuius aliud eſt pallidum aliud ſubrufum:& aliud albuz Plinius herbū naſcitur in plurimis locis in modum lenticule aliud enim ē pallidū aliud rufuz &cetera:& eſt legumē quod uocatur piſum pro quo.l.l.ſerſenie
Hercul.i.locuſta magni corpis quando habet alas
Heſa .i.thimus
Heſſa idem quod ſupra
Heſſamen idem quod ſupra
Heſſendeg ideſt arbor in qua naſcitur ſerapinum.
Heſbeſſe .i.macis
Heſden .i. lignuzaloes
Heſſetha .i.tribulus
Heſedeen .i.lignumaloes
Heſniſi .i.tres quarte unius.3.
Heſiſan .i.peucedanum
Heſiſaan idem quod ſupra
Heſum .i.abrotanum
Heſublen .i.cimbalaria
Heſufraes .i.cartafilago
Hetigonon .i.ſcorpion.Naz ſcorpiones propter tactum radicis eius moriuntur & eſt ſpecies aconiti.
Hechigon idem quod ſupra
Hezam .i.litium
Hezaze idem quod ſupra
Hzazehudal idem quod ſupra
Hezaron .i.uſnee
Hezeiza .i.litium
Hezeraſien .i.uitis alba
Hlenia .i.enula cāpana
Hlēbus .i.lapis lacteus
Hlebron .i.cimbalaria
Hieſiriz.i.nomen aggregās penetratōnē & ſanationem conſeruans almuſargi & faciens naſci id quod procedit de uuea tunica dicitur almuſaragi:& q̄do multa eſt dicitur murayſmati.
Hierob quid eſt.l.l.herob
Hiera .i.berbena
Hiontos quid eſt.l.l.iontos
Hioſar .i.laſſanum
Hiobothor .i.blaccebiſancia
Hiuſquiamus .i.ſinphoniata
Hiuciprum .i.flos cipri
Hiu .i.flos
Hibur .i.ſulfur
Hiburis idem quod ſupra
Hibuſar .i.mellilotum
Hican .i.hictan

Ictan ara.grece alkitrā:latie uero oleuz de ſcerbin & eſt pix liqda q̄ ideomate noſtro uocatur ꝓpecula. SERA.li. cap.hictan auct.dyas.hictan.i.alkitran ē oleum quod egreditur de ſcerbin. Et ſcerbin due ſunt ſpecies una earum eſt arbor magna & eſt genus abietis & ē ex ea alkitran habens fructū ſimīlē fructui cypreſſi niſi quia eſt minor eo multum: & ſecūda eſt arbor ſpinoſa habēs ſimīlitudinē cū arbore iuniperi & magnitudo fructus eius eſt ſicut magnitudo grani mirti.Melius autez alkitran eſt illud qđ eſt ſpiſſum clarum habens odorē fortez cum horribilitate:& quando intingitur in eo digitus non cito defluit ex digito propter ſuam ſpiſſitudinem & quando ſtilla eius cadit in loco remanet collecta & non expanditur . Et idem auct.gal. ſpecierum ſcerbin cōplexio eſt ca:& ſic.

in tertio gradu ſꝫ olei quod extrahitur ex arbore ſua ſubſtantia eſt ſubtilis: & uirtus eius eſt ca. & ſic. in quarto gradu, ſed plus calefacit q̄ ſiccet: lignuꝫ ſcerbin nominatur lignum mortuorum qa cō-ſeruat corpora mortua a putrefactione, unde uirtus eius deſiccat & cuſtodit corpora mortuorum & deſtruit quod ē ibi de humiditate. POSSE. SERA. cuſtodit corpora mortuorum & oleum eiꝰ occidit pediculos & lendies & lūbri-cos & uermes qui ſunt in auribus. Et quando cum eo fit naſcale corrūpit fetū & excludit mortuum: & quando linitur uirga in hora coitus, deſtruit conceptuꝫ & propter hoc eſt ex ueriorib9 medicīs & fortioribus ad ꝓhibendū īpregnatōnē adeo ꝙ accidit ei q utitur eo ut fiat oīo ſterilis, etiam quando diſtillatur ex eo in dentem corroſuꝫ ſedat dolorē: & frāgit dentem, & aufert liuoreꝫ q fit ſub oculo. Alkitran & eſt illud quod eſt cōpoītuꝫ ex eo quod colligitur ī lana quando ſup ipſū ſuſpenditur & decoquit̄: & ſubtilius alkitran & minus acutuꝫ: & reſiduuꝫ qđ remanet eſt alkitran & eſt illud quod ē de eo ſpiſſuꝫ & groſſuꝫ & eſt ſicut illud quod remanet ex ſpiſſitudīne olei: & iō alkitran propter ſuī groſſitiē mordicat & aperit: & propter hoc alkitran curat apāta: & eſt pix liquida. Sꝫ graī ſcerbin uirtꝰ eſt tēpata adeo ꝙ pōt comedi niſi quia facit ſodaꝫ: & mordicat ſtomacum. Et idē auct. dyas. alkitran ē qđ corrodit & īcidit corpora uiuentium: & cōſeruat corpora mortuorum & ſi fiat feretruꝫ in quo reponat̄ corpꝰ defuncti ex ligno ſcerbin, ſeruat corpus defuncti a putre-factione: & propter hoc noīant ipſū qdā uitaꝫ mortuorū: & alkitrā adurit plātas & coria ꝓpter neceſſitatē ſue caliditatis & deſiccatioīs & abſtergit maculas oculi quando bibitur cum rob & ſale pauco conuenit morſui ſerpētis: & q̄do linitur ſuper elephantiā cōuenit: & fit criſtere cum eo & occidit lumbricos ꝓuos ꝓ iſto lege ſimiliter cedras.

Hixus .i. uiſcus.
Hixurat .i. mellilotum.
Hixurian .i. ceterac.
Hyalon .i. uitrum inde epiala fe. ab epi q̄ eſt ſupra qa uitreus humor īexterio-ribus ptibus corporis eſt in hac fe. unde dicitur epiale humor mutatus in flegma & hialodo uitreum flegma inde epiala .i. humor uitreus mutatus ī flegma.
Hyalen idem quod ſupra.
Hyalado .i. uitreum flegma.
Hybirnadepiceꝫ .i. gīgirnaria.
Hicolitis melano .i. edera nigra.
Hidoris .i. cauda equina & eſt herba.
Hydor .i. aqua.
Hyctos .i. pluuia.
Hynon .i. uinuꝫ inde hynomel .i. cōfectō uini.
Hypicon: perforata herba ſancti iohānis ſcopa regia idem.
Hypomelides ſunt quedaꝫ poma ſorbis ſimilia quibus caremus.
Hyponotica .i. ſoporifera.
Hypuris .i. cauda equina & eſt herba.
Hyris quid eſt. l. l. yris illirica.
Hyſuperde .i. faſeolus.
Hyſum .i. euiſcus.
Hyur .i. liquor uel humor.
Hohas quid eſt. l. l. holus.
Hohaſin .i. ꝓpinpinella.
Hoafranoc .i. ceterac.
Hocot maghait .i. cotula fetida.
Hochot maghayt idem quod ſupra.

CAP. CCCLIX.

Oc ara. grece morae, latine mora celſi. SERA. li. agre. cap. hoc uirtus eius eſt que retinet uentrem: & quando deſiccatur retinet uentreꝫ retētōe forti-& conuenit ulceribus īteſtinoꝝ: & fluxui & omnibus egritudinibus que fiunt ex fluxibus humorū & admiſcentur poſt q̄ teruntur cum cibis ſicut ſumach: & qui uult ex eis ſumere in potu ꝓteſt cū aq̄ & uino, ſed arboris eiꝰ uirtꝰ ē compoīta ex uirtute retentiua & laxatiua & plus quod eſt in cortice huius arboris ē uirtꝰ laxatiua cum amaritudīe pauca quoſuq; oc ci dat aſcarides, & ſunt lumbrici

cucurbitini:ſed in foliis arboris & ſūmitatib9 eſt temperamentum mediū illarū duarum operationum ſimul. Et mora matura quando īueniunt ſtomacū purū ſi cōmeduntur ante cibum egrediuntur a ſtomaco cito & prepare faciūt exitum aliorum ciborum :q̄do uero cōmedūtur poſt cibum uel in ſtomaco ſunt hūores cito accelerant ad corruptionē: & corruptio eorum eſt multum nociua. Sed acerba quando deſiccantur ſunt bona medicina & īuuatiua ulcerib9 īteſtinorū & fluxui antiquo:& mora q̄do deſcēdūt anteq̄ corrūpant non inferūt nocumētū niſi de eis ante comeſtionē nīs ſūmatur. Et īdem auct.gal.ex eis ſunt matura & maturi ſaporis & ſapor eoruȝ eſt dulcis ſtipticus:uirtus eorum mollit uentrem & nutrimentum paucum corpori p̄ſtāt & facile corrūpūt̄ non corrupta hūectāt penitus:infrigídant autem non penitus niſi frigida ſumātur, & pauciſſimū corpi dant nutrimentum conſimile peponib9 non tamen nocumentum aliquod adeo ipſis neq; maluȝ ſtoāco ut ī illis. Acetoſa autem ex eis & non matura aliquí ipſa expurgantes ab arbore & exſiccantes reponunt medicinam futuraȝ ipſis bonā ad diſinterie & diarie cronice curatōnē & egritudínum fauciū & ſtipticāt uētrē. GAL.vii.ſim.phar.ſecūdū tranſlatōneȝ greca3 cap.morae.i.celſi fruct9 matur9 ſubducit uentrem, non maturus uero deſiccatus conſtipatiuū ſufficienter fit farmacum:unde ad díſinterias conuenit diſpoſitiones:& ciliacas & alias quecūq; ſunt fluxibiles inciditur autem & eſcis permīſcetur ſicut fructus ſumach.uel ſi qs uoluerit p aq̄ uel uinū bibatur:q aūt ſucus maturorū ad diſtoātica.i.oris farmaca utilis exiſtat propter coexiſtenteȝ ei ſtipticitatem nemo ignorat:& ad alia etiam multa eorum ſecundum partem quecūq; moderata indigent ſtipticitate conuenit īmmaturi uero fructus pōtica accidaq; pticipant uirtute:& tota arbor in omnibus eius ptibus mixtā quandam uirtuteȝ uidetur habere ex detentiua & purgatiua compoſita:preualet autem in cortice quidem radicis purgatia uirtus cum quadam amaritudine unde amplos lūbricos interficit:in aliis uero partibus detētiua:in foliis uero & p̄ullulationib9, media utrāq; eſt complexio. AVIC.li. ſecūdo de moro mori ſunt due ſpēs una earū eſt alfīrſedu quod ē dulce & currit ſecundum ſemitam ficus ī maturatione ſed eſt deterioris nutrimenti & minoris & eſt ſictioris & magis deſtruēs ſāguinē & deterius ſtomaco. Reliquas uero fic9 diſpoſitionis habet:eſt tamen inferi9 ea: amarum autem quod nominatur morū deſceni ſit, nunc illud de quo plurimum loquamur, quod ergo immaturū eſt cū exſiccatur ſtat loco ſumach .dulce ē ca. & hu.& acetoſū & deſceni ē ad ſiccitatē decliue ī ipſo eſt ſtipticitas & īfrigidatō & ſucus mori eſt ſtipticus, & p̄prie q̄do decoquitur in uaſe eneo:& p̄hibȝ fluxū materierum ad membra:& qđ īmaturuȝ eſt proprie:& īmaturū eſt ſicut ſumach q̄ndo coquuntur folia eius & folia uitis & folia ficus nigre cum aqua pluuie denigrat capillos:acetoſum remouȝ apāta oris & gutturis:Et folia eius ſunt ultīa ad ſquinātiam & prefocationeȝ. Quod acetoſuȝ eſt cōfert ulceribꝰ fraudulētis ipſius ſucus. Rob eius acetoſū ē cōferens bothor oris & decoctio radicis ei9 mollificationi dentium: & cōllutio oris ex ſuco foliorum aetoſi:& decoctio radicis eius eſt bona dēti doloroſo. Moȝ malū eſt ſtomaco corrumpitur proprie in eo alfirſedu & quando non corrumpitur alfirſedu in ſtomaco uelociter nō nocet, & oportet quidem ut cōmedantur oēs ſpecies eius ante cibum & recipiantur in ſtomaco in quo non ſit corruptio, illud uero deſceni non nocet ſtoāco colerico, & non eſt in ipſo de mala conuenientia ſtomaco qđ eſt ī alfirſedu, quāuís ſit in eo malicia & non eſt nauſea in ipſo. Et nutrimentum eius eſt paruum, & facit appetitum cibi, & facit ipſum lubricum & extrahit ipſū uelociter:& cīo deſcēſ9 ei9 de facto fit uelociter:ſȝ ei9 deſcēſus ex īteſtinis eſt tardus. Morū qđ ſallituȝ eſt, & exſiccatū retinet uētrē uehemēter

& conuenit diſinterie: & lacrima quidez mori ſoluit. Et in cortice eius ſūt mūdificatio & ſolutio: & ſolutō eiꝰ ē plurima & in moro quidem dulci eſt uelocitas deſcenſionis aut propter ſuaz huiditatē aut propter acredinem ei admixtā. Inqt archigenes eſt tarde egreſſioīs & ē ꝓuocatiuum exiſtimo autem acetoſum eſſe & cū hoc qꝺ eſt in ipſo de natura ſolutia ꝓhibet quandoqꝫ ſolutionem antiq̄ & ulcera īteſtinoruz & ꝓprie qꝺ exſiccatū eſt & omnibus quidem ſpeciebus mori ē prouocatio urine: & moruz de ſceni, q̄uis uelociter a ſtomaco egrediatur, ipſum tamen eſt in īteſtinis tardum. Cortex arboris mori ē tiriaca iuſquiami: & q̄do bibitur de ſuco foliorū eiꝰ .ʒ.i. & ſemis conuenit morſui rutele & lenit naturaz lubricitate ſua: & inflatione ſua.

Hodo .i. lignumaloes
Hodon idem quod ſupra
Hod idem quod ſupra

CAP. CCCLXII.

Ohas ara. gre. calcos: latine es, SERA. li. agre. capitulo hohas: faciūt ex ere uaſa ad comedendum & bibendum & nocet eis multum: & maxime illis qui aſſueuerūt hoc diu. Nā parati ſunt tales incurrere elefantiam & cancrum, & dolorem epatis & ſplenis: & malitiā cōplexionis maxime comedentes in eis res acres: & bibentes in illis uina dulcia & quando cōmedunt cibum qui ſtetit in eis die una & nocte & eſt peius multum & quando ponitur uas eneuz ſup piſces aſſatos calidos fiunt uenenū mortiferuz ſed qꝺ aduritur ex ere quoddā aduritur cū ſulfure & ſale & alumine cū hiis oībꝰ aut cuz aliqbus eorū: ſiliter artificialiter colatur & fit auricalcū ut apparz ſi leges cadimia. DYAS. cap. de aes. Aes uſtuz quod alii calcucecaumenon ſiue calcoſcaumenon uocant fit in hūc modū claui erei uel lamina eris ponuntur ordinate in olla terrea cruda deinde puluerizatur ſuper eos ſulfur quod non tetigit aqua: & ſalis quantitas poſtq̄ utrumqꝫ tritum fuerit ita qꝫ unū ſolariū fiat de clauis & aliud ꝺ puluere ſalis & ſulfuris: & iteꝝ aliud ex clauis: & aliud ex puluere & ſic fiat quouſqꝫ plena fuerit olla: poſtea cooperitur orifitium olle cum argilla & ponitur in fornace figuli, & dimittitur ibi doēc olla coquatur deīde extrahitur & ſunt quidam q nō ponunt niſi res ſolū neqꝫ iſtud poteſt aduri niſi in pluribus dieb9. Et propter hoc ponūt ipſū totiēs in fornace donec aduritur. Quidā uero ſunt q admiſcent ſulfur & alumē ſimul & terunt cum aceto forti & ſic ex hiis liniunt clauos ſeu laminas & ponūt ī olla & faciunt ſicut diximꝰ. Et meliꝰ es uſtū eſt quod defertur ex īſula cipri lauatur es uſtum ut tucia. Et idem auct. gal. eris uſti ſapor eſt ſtipticus & uirtus eius eſt acuta: & ſcoria eris & ſtercus eris eſt res q̄ne aggregatur in aggregatioībꝰ ptium eris & q̄ando cōflatur & roratur ſupra ipſum aqua ut coaguletur, coadunantur nāqꝫ pres ꝑis & fit aq̄ illa rubea: & tunc eſt ibi flos natans ſuper aes ſimilis ſali. Et idem dyas, melior ex eo ē ille qui cito frangitur duz teritur & eſt multū ſiccꝰ & ē in figura ſua ſimilis gegers & ē miōr eo in granis ſuis & eſt multum grauis & melius in claritate non habēs aliquid de limatura eris admixtum cuz aq̄ & cetera. SERA. flos eris fit in hunc moduz q̄do liqueſcit es in locis metallorū & extrahit inde cadimia & eſt in locis aliquantuluz terre incenſe de ſubtus in fundo & purificatur es & dimittitur currere in loco ubi colatur, tūc illi qui purificant illum proiiciunt ſuper ipſum aquā dulcē doēc coagulet: & faciūt hoc doēc īfrigidetur cū aqua clara: & ex hoc ergo qꝺ accidit eī ex aggregatione ptium eius inuicē fit hec ſubſtantia & flos eris & eſt ſtipticus diminuit carnē ſi ſupaſpergat & reſoluit apāta & abſtergit uiſum cū mordicatōe multa: & quando ſumitur in potu ex eo iiii. onoloſach laxat chimum groſſum & diſſoluit & deſtruit carnem ſuperfluam in ano & naribus & laxat uentrem: in ſpeluncis uero in quibus es foditur

inuenitur es uſtum nigrum & eſt cipri & eſt melius & groſſius & nominãt ipſũ aſtras. Et fit bactitura eris alba & eſt ſubtilis & debilis uirtutis & nos nõ habemus hanc ſpeciẽ bactiture pro bona ſed eligim9 illam que eſt clara groſſa in cuius colore eſt rubedo: & q̃do roratur ſuper ipſum acetũ fit ziniar: et ipſa qdẽ eſt ſtiptica ſubtiliat et prohibet ulcera. Eris uſti uirtus eſt ſtiptica et exarãtica leptitica caſtaltica uulnera ducit ad ſe et purgat: ſupflue carnes uulneri9 creſcere nõ pmittit et polippũ corrodit paſcẽtia uulnera abſtinẽ: cũ mulſa bibitũ uomitũ abſtinet: aut cum melle ut electuariũ idẽ faciet: põdere etiã ſuo flurẽ uentris & urinã mouet potui datum. Eſt autem in uirtute ſimile acatie ſed tamẽ forti9 ſiccat enim et redarguit et detergit. Eſt autem es uſtum bonum rufum qd cum fricaueris cinabari facit colorẽ: nigrum autem inutile eſt et nimis combuſtum. Sed erugo eris & erugo uermiculoſa qd eſt .l.l. aeris erugo

Holabe .i. bedeguar
Holare idem quod ſupra
Holaſtium .i. centonica
Hole .i. fenugrecum
Holbe idem quod ſupra
Holdean .i. tamariſcus
Holoxidera .i. ſpatula fetida
Holoſan .i. ciperus
Holofragia .i. cannauaria
Holus iamenum .i. atriplex
Holus iudaicũ .i. barba yrcia: qdaꝫ dicũt q̃ eſt altea ſed prima melior.
Holus benedictum .i. portulaca
Homogenium .i. eiuſdem nature.
Homotes .i. mot9 equalis & ſic uocatur una ex ſpetiebus ſe. ſanguis que eq̃liter mouetur ſemper.
Homoruſia eſt quedam confectio ſic uocata in antidotario gal. minori.

CAP. GCCLXIII.

Orach: arabice latine calx
SERA. li. agre. cap. horach
auct. dyas. eſt de ea que fit ex cochiliis marinis & q̃daꝫ fit ex lapide: & quedam fit ex marmore quando cõburitur in igne doẽc fiat albũ & intus & extra fit calx: ſed melior omnibus eſt illa que fit ex marmore. Et idem auct. gal. calx aduritur aduſtõe forti donec faciat eſcaram durã aduſtã ſed illa que eſt uiua poſtq̃ extinguitur facit aduſtionem cuꝫ eſt nouiter extincta ſed poſt tres uel duos dies minuit uirt9 eius: & quãdo abluitur ceſſat hec opatio ab ea: & mordicatio eius remanet in aq̃ & calx fit deſiccatiua ſine mordicatiõe & quando lauatur multum non habet mordicationem oĩo. Et calx ẽ ex ſpẽbus cineris & ſubtilior q̃ cinis lignorum: & hoc accidit propter nimietatẽ ignis q̃ ẽ neceſſaria aduſtiõi lapidis pl9 q̃ lignorũ anteq̃ fiat cinis: & eſt in ea pars ignea in quantitate multa ſed quando lauatur pluries fit ſine mordicatione & ſi lauat cum aqua marina deuenit, q̃ reſoluit reſolutione forti. Et uirtus calcis ẽ iflatiua, mordicatiua: aduſtiua cauterizatia ſed ſi miſcetur cum axungia aut oleo fit maturatiua: & oportet q̃ ſit noua uiua quam non tetigit aqua: & eſt fortior q̃ illa quam tetigit. Paulus cap. de arſenico fit ex calce & arſenico pſillotrũ ad pilos remouendum ut apparet ſi leges litterã harnech. Bulcaſim Eben Aben azarin li. qui uocatur ſeruitor: fit calx ĩ ptibus noſtris plurimum ex lapidibus notis in mineris eorum. Et ſunt ex hominibus q̃ faciunt eam ex petra marmoris albi. Et fit ex corticibus ouorum: & poſt illam melior eſt que fit ex marmore. Sz mõ9 faciendi calcem ex corticibus ouorũ eſt q̃ accipiatur de corticibus ouoꝫ q̃titas & ponatur in olla noua & ponatur in fornace figuli: deinde detege illam & ſi uideris q̃ ſit ſicut calx bene eſt ſi nõ remitte iteꝝ ĩ fornace: & taꝫ diu ſic facies q̃ fiant albe ad modum calcis albiſſime. Et ſi furnus figuli nõ temperat9 fuerit accendas ignem ſub eis & ſuffla cũ folle donec fiant ſicut dixi. Et per hũc modũ oportet q̃ fiat ex marmore & lapidib9 aliis quando intentio non eſt niſi ut incendantur & adurantur donec fiat calx

& fiat alba. Modus abluendi calcez que neceſſaria eſt cōbuſturis accipe de calce uiua id quod eſt de ea albuz & munduz & tere & cribra: & pone ī parapſide mūda & proiice ſuper eam de aqua dulci quantitatez qua cooperiatur & dimitte per horaz & poſt miſce: & dimitte doēc deſcendat ad fundum uaſis: & ꝓiice aq̄ & fac ita .vii. uicibus uel .x. & poſt hoc proiice aquam deſuper & repone quia conuenit ad acharami & ueſicis & cōbuſtionibus ignis diſſoluta ī aqua uel oleo roſarum.

Horemos .i. cefalio
Horeſmon. i. malitia anhelitus cū ſonitu gutturis
Hordileſcen⁹ .i. xilobalſamum
Hormeos .i. aprificus
Horodorum .i. orobum
Horozuc .i. liquiritia
Horf .i. naſturtium
Hoſamatis .i. quarta pars libre
Hoſmatis idem quod ſupra

CAP. CCCLXIIII.

Oſta ara. gre. & latīe coſt⁹ SERA. li. agre cap. hoſta hoſta ſiue hoſtos. i. coſt⁹ ex eo ē ex terris arabū & ē alb⁹ leuis boni odoris. Et ex eo qui ē ex terris yndie: & ē groſſus niger leuis ſicut ferula & eſt ex eo ſpeties tertia que ex terris ſirie ē cuius color eſt ſicut color ligni buſſi cuius odor ē ſtipticus. Melior autē omnibus eſt arabicus & poſt ipſū yndus & poſt eū eſt ſyrus: & melior ex arabico eſt nouus plenus durus cum ſoliditate & ſiccus perforatus mordicās linguam cum ſtipticitate, & aliquali amaritudine. Adulteratur autem cum radice enule, ſicca quando admiſcetur & maxie enule que ē ex terris que dicūtur cumaharta ſed cognitio eius eſt facilis: naz enula nō mordicat linguam ſicut coſt⁹ nec odor eius eſt adeo fortis exuberās ſicut odor coſti. GAL. vii. ſim. phar. cap. de coſto ſapor eius eſt amarus paz: multū fortis acutus. Et uirtus eius eſt ca. caliditate multa quouſq; ulceret uerum in eo eſt humiditas ſuperflua inflatiua. DYAS. cap. coſtus. Coſtus utilis eſt arabicus. Eſt autem eligēdus albus leuis cū odore plurimo: ſecundus eſt yndic⁹ q groſſior eſt & niger & leuis ut ferula: tertius eſt ſyriacus pondere grauis: & coloris buxei cum odore ſtiptico utilis eſt & recens albus & plenus & ex toto dur⁹ & ſiccus ſine aliquali pertuſſura cum ſtiptico & mordaci ſapore: habz qdē aliq̄ amaritudinem & plus acredinem ca. participans qualitate ut extrahat. Paulus capitulo de coſto. Coſtus eſt ca. & ſic. cōplexioīs in tertio gradu. AVIC. li. ſecundo cap. de coſto. Coſti ſpeties ſūt tres: una earz eſt arabica & eſt alb⁹ leuis & aromatic⁹. Et ſecunda eſt ynda qui eſt niger leuis & ille amar⁹ eſt. Et tertia ſpeties grauis odoris qui nominatur gariofilat⁹. Bon⁹ autem coſtus falſificatur cuz radicibus enule duris & propterea non mordicat liguam neq; habet odorez fortē. Melior ē ille q ē albus recens plenus nō corroſus neq; fetidi odoris neq; mordicās uel ledens liguam: deinde ynd⁹ niger leuis: & niger aſemi⁹ & melior ē marī⁹ ſubtiles habens cortices. Eſt ca. in tertio ſic. in. ii. in ipſo eſt qualitas amara & acris ualde & caliditas & acredo, adeo q ipe ulceret. POSSE. SERA. auct. gal. Coſtus conuenit rigoribus fe. quando linitur cū eo & oleo corpus: & conuenit ſciatice & paraliticis: & omnib⁹ in qbus calefacere oportet aliquam corporis particulaz uel de profundo ad ſuperficiem attrahere aliquem humorem: propter eandē autē cauſam & prouocat menſtrua & urinaz & confert ad contritionem lacertorum & ad dolorē lateris & iterficit aſcarides propter amaritudinez. Et quādo linitur cum aqua & melle ſuper empetiginem mundificat eam: & adiuuat ad libidinez quoniam eſt in eo de huiditate inflatiua & uentoſa quando ſumitur in potu cuz uino. DYAS. coſtus cum oleo tritus & corpori perunctus, cū reb⁹ ſtipticis ſubuenit. Si autē ante acceſſionē ſic ūgatur rigorem in periodica fe. & quartanam

amputat ac etiam paraliticis & ſciaticis uel quibus aliquod mẽbrũ calefieri opus eſt unctus, extrahet humorẽ de pfundo in potione uero quia uirtus eſt ei calida diuretica menſtrua prouocat: peſſariis adiunctus ideꝫ dolorꝫ matricis mitigat morſibus uenenatis bibitus ℥.ii. opitulat cum uino & abſinthio dolorꝫ ſtomaci & inflationem & tota eius uitia cõpeſcit uentrem ſtimulat: cũ uino datꝰ lũbricos latos deponit: cuꝫ aq̃ potatꝰ oleo mixtꝰ & fricationi adhibitus torpente frigore calefacit eadem unctione & paraliticos curat: reumata & ſpaſmata & dolorem laterum ſanat: cum aqua mulſa tritꝰ ad efialas facit melli mixtus maculas i facie natas detergit, malagmatibus & ãtidotis neceſſe miſcet. Adulterat aũt cõmixtꝰ cum enule maioribus radicibus ſꝫ facile intelligitur cum nec odorẽ coſti habeat nec ſaporem mordacꝫ. Nã coſtus uires habet acres ſtringentes & calefatientes. AVIC. conuenit omni membro quod indiget calefactiõe & ut ex eo extrahat humor ex profundo abſtergit pannum cutis linitus cum aqua & melle: in ipſo ẽ ulceratio: & ille qui eſt amarus exſiccat ulcera humida: & cõuenit mollificationi neruorum: & attritioni lacertorũ: & eſt bonus ſciatice: & emplaſtrũ ex eo cõueit litargie: & conuenit doloribus pectoris & prouocat menſtrua bibitus & ſuffumigatus in traiectorio: & iterficit fetuꝫ & prouocat urinaꝫ & extrahit aſcarides & uermes: & dat uires ad coytuꝫ: & ipſe ſuppoitur ad dolores matricis, et cõueit dolori matricis fri. bibitus & ſedendo i decoctione eius & mouet naturã q̃ndo bibitur cum uino: & ipſe nõ dat uires ad coytum niſi propter huiditatẽ ſupfluaꝫ inflatiuã que eſt in ipſo. Et cõueit rigori linitus cum oleo. Et conuenit morſibus omnibus ſcilicet morſui uipere & aliis morſibus quando bibitur cum uino aut abſinthio loco eiꝰ poitur piretri medietas ponderis ipſius.

Holocanati .i. yſopus
Holocodon .i. roſa agreſtis
Holocodonom .i. ceterac
Huagei .i. acorus
Huabron .i. roſa aſinorum
Huagere .i. uſnee
Huegri .i. calamus aromaticꝰ
Hueg .i. acorus qdã dicunt q ẽ calamus aromaticus ſed prima melior
Hui .i. flos examinis et eſt ſambach
Huimene .i. amomum
Huimeſach .i. polium

CAP. CCCLXV.

Viure uel uarik ſlatum: uel ſarich ara. grece ygnidalis acalifex: latine uero urtica. SER. A. li. aggre. auct. dyas. cap. huiure ſunt eius due ſpecies: una eaꝝ eſt aſpior & nigrior habẽs folia latiora: & habet ſemen ſimile ſemi canabis niſi q eſt minus eo. Alia uero habꝫ minora folia, & non habꝫ folia aſpera ſicut pria Ideꝫ auct. gal. ſubſtãtia utriuſq; eſt ſubtiliſſima: & propter hanc ſubtilitatem mordicat quod inuenit in mẽbris poſtq̃ non habet de caliditate tantuꝫ q faciat hoc: & calefaciunt calefactiõe nõ multa, & deſiccant deſiccatiõe ſine mordicatõe & ẽ ca. & ſic in tertio gradu merito qdẽ igitur ut alimento nullꝰ utatur ſine eo q maxima capiatur fame: utilis autẽ eſt ut medicina ſubductiua uentris. GAL. libro de cibis cap. de urtica. Et idem. vi. ſim. phar. eodem cap. acalifex ſiue urtica huius etiam herbe tam fructus q̃ folia ipſa maxime admittant ad opꝰ medicie diaforetice eſt uirtutis ut puſtulas & parotidas ſanet: habet aũt & uẽtoſitatis aliquid quapropter ipetꝰ libidis excitat & maxime quando cum ſapa bibit ſemẽ eius. Quod autẽ nõ uehemẽter calefacit ſit ſatis autem ſubtilium ptiũ ſic educẽs groſſorum humorum & uiſcoſoruꝫ qui in torace & pulmone teſtatur & in hoc q patiuntur pticule corporis q̃s cõtigit Illa uero uẽtoſitas cuius pticipare dicit naſcitur dum ipſa digeritur. Non enim eſt actu uẽtoſa ſed potẽtia: uentrẽ laxat moderate: & hoc ſoluꝫmõ q mũdificat & cõmouet non eo q purget: mordicat

enim ſubtilitate ptium:non tamen adeo
caliditatis participat ut iam mordicet.
DYAS. cap.acalifex ſiue ignida & eſt
urtica:eius altera eſt maior altera mīor
que & uſualis eſt:& ſimplex cum tenui
ſemīe ac foliis nīs aſperis:altera agreſtis
cum denſioribus atq; latioribus & foliis
nigrioribus. AVIC .li.ſecūdo cap.de
urtica color ſemīs ei9 ē ſilis ſemini porri
ſed tamen eſt minus & ſubtilius & non
eſt in eius lōgitudine:& mordicat qđ ei
obuiat ita q; etiā iteſtina:urtica & ſemē
eius ſunt ca.in principio tertii & ſic.in.ii.
ſed ſemen eſt mīoris ſiccitatis q̄ ipa.Eſt
attractiua ulceratīa reſolutīa cū uirtute
aduſtīa.Et ſunt qdā q dicūt calefactōnē
eius non eſſe fortem:& in ipſa qdem eſt
uirtus apitiua & ī ipſo ē abſterſio fortis
POSSE.DYAS. cataplaſmatibus
ipoſita corporis fricatione atq; rubore
dolorem atq; pruritum facit deniq;
recorporatīe uirtutis ſunt ſimiliter
limoſis atq; ſimilibus duritieb9 medetur
etiam eis qui ab aīalib9 uenenatis fuerūt
uexati.Item cocta atq; contrita emollit
uentrem.Semen autez ei9 uentrē mouz
folia & ſemē diaforetica ſūt & leptōera
habundanter ſine calefactōe nīa ſanāt
ſtigmata & ciraculas:& ragades:& ex
torace & pulmone educit hūores pīgues
& gluctinoſos:habet autez aliquid in ſe
uentoſitatis ad luxuriam promouendaz
& excitandam libidinem maxīe quando
cum ſapa bibitur.Acalifex calefactoria
eſt que potata cum uino regiū morbum
emendat:ſemen eius in antidotis miſſuz
colericis prodeſt.Item tritum cuz melle
& in modum electuarii datū tuſſiz ue-
terem ex frigore conceptam emendat
ex calore ſuo omnes tumores diſſoluit.
SERA.auct.gal.uirtus eſt que reſoluit
reſolutione multa.Et eſt cū hoc ei uirtus
inflatiua & propter hanc cauſam mouz
coytum:& delet exituras & apoſtemata
que fiunt poſt aures:& facit exſiccari
humores uiſcoſos a pectore & pulmone
quādo bibitur:& curat ulcera corroſiua
& omne cui conuenīt exſiccatō & q̄ndo
bibitur de ſemine eius cum rob excitat
appetitum coyt9:& ſoluit uētrē ſolutōe
temperata:propterea quia abſtergit &
cōmouet:& folia ambarum ſpē9 q̄ndo
teruntur cum ſale & fit inde emplaſtrū
curat morſuz canis & ulcera fraudulēta
& carnoſa & ulcera ſordida & tortiōes
neruorum & exituras & apāta que fiūt
poſt aures.Et fit cum eis cerotum cum
cera ad duritiem ſplenis:& q̄do terūtur
ex foliis ei9 & ponūtur ī narib9 abſcīdit
fluxum ſanguinis:& quando teritur ex
eis & conficitur cum mirra & fit inde
naſcale prouocat menſtrua.Et ponūtur
folia eius ſuper matricem egreſſaz & eā
reuocat intus.Et ſemen ei9 q̄do bibitur
cuz rob excitat appetitū coytus & apit
orifitiuz matricis:& teritur & cōficitur
cū melle & cōmeditur & conueīt aſmati
que non ſinit hominez iacere et pleureſi
et expellit ſuperfluitates a pectore. Et
decoctio foliorum eius q̄ndo coquitur
cum pauco mirre prouocat menſtrua:et
quando folia ipſa coquuntur cū limaciis
molliunt uentrem & prouocant urinaz
& q̄do folia ipſa coquūtur cū ordeo ex-
pellūt ſupfluitates a pectore:& q̄do fiūt
gargariſimata cuz ſucis eius curat apāta
uuule.Et idem auct.Raſis oleuz urtice
eſt magis laxatiuum q̄ oleum cartami.ſ.
quando tu comparas uirtutē laxatiuam
urtice uirtuti laxatiue cartami.Et idem
auct.Aben meſuay mouz coytū quādo
cōmeditur cum cepis & uitellis ouoruz
& quando teritur ſemen eius & poītur
ſuper cancrum cōuenit:& de ꝓprietate
eius eſt q̄ laxat flegma uiſcoſū:& q̄ndo
excoriatur ſemen urtice & teritur &
miſcetur cum melle & ſumitur laxat cū
fortitudīe:et oportet tamē q̄ nō tāgat
linguam & caput meri ne adurat ea. Et
doſis eſt a.xx.granis uſq; ad.xxx.Et īdē
auct.Yſaac ſoluit humorem uiſcoſuz:&
prouocat urinā:& conuenit dolori renū
& iuuat coytum:& maxīe ſi cōmedatur
cum cepis & uitellis ouorum:& quādo
bibitur cum ſemine canabi cōuenīt ſplei
& dolori lateris .AVIC. emplaſtrū ei9
cū raſano diſrumpit dubellet & cōueīt
duritiebus:& conuenit ſemen ei9 cācro

in emplaſtro: & ſimiliter eius cinis cum ſale conueīt ulceribus q̄ accidūt a morſura canis: & ulceribus malignis & cācro. Emplaſtrum ex eo cum ſale conuenit torſioni neruorum: & folia eius cōtrita abſcindunt fluxum ſanguinis ex naribus & ſemen eius conuenit ſtricture nariuꝫ & apit opilationes colatorii fortiter: & ex ſemine eius factum ēplaſtrū fit dētiū eradicatio facilis. Et ex eo emplaſtrum conuenit apoſtematibus que fiunt poſt aures & eſt abſterſiuum quando bibitur cum aqua ordei: & mundificat pect9: & cum decoquuntur folia eius in aq̄ ordei educūt hūores groſſos q̄ ſunt ī pectore eius ſemen eſt fortius & ipſum remouet aſma: & frigidā pleureſim: excitat coytū precipue ſemen eius cum uīno & aperit orifitium matricis quādo matrix recipit ſperma: & ſimiliter ſi cōmedatur cum cepis & ouis: & quando ſuppoītur cum mirra, puocat menſtrua: & apit matrīcē Et ſimiliter ſi bibatur decoctio eius cuꝫ mirra. Et folia eius recentia reducunt matricem exeuntem loco ēplaſtri poīta & ſoluēdo educit flegma: & hūorē crudū ſua abſterſione non cum uirtute ſolutīa que ſit in ipſa. Et oleum eius plus ſoluit flegma q̄ oleum cartami: & decoctio foliorum eius cū obſtracis lenit uētrem. Et ſi uis ut ipſa facili9 ſoluat accipe medullam ſeminis eius & contere ipſā cum ſanich: & proiice eam cum uino et bibe eā: & oportet ut poſt ei9 hauſtū bibatur aliquid ex oleo roſarū ne adurat guttur bibentis: & q̄doq; fiunt ex ipſis collīria cum melle & ſupponūtur & ſoluunt.

Hucalia .i.furfur/
Hucaala idem quod ſupra/
Huchala idem quod ſupra
Hudud.i.auis que clamat in nocte/
Hudal .i.blaccebiſantia
Hudulſac .i.ceterac/
Hulas grana ſolis
Hulaſi idem quod ſupra:
Hulcas .i.culcaſia
Huleich .i.rubus/
Hulec .i.caprifolium
Huleton .i.uſnee/
Hulon .i.apium riſus
Huloſac idem quod ſupra

CAP. CCCLXVI.

Vllos ara.latie arbor glādis SERA.li.aggre.cap.hullos auct.gal.ſapor cmniū ptiuꝫ huius arboris eſt ſtiptic9 et maxime corticis medii inter exteriorem corticem & lignuꝫ. Et ſimiliter pellicula que eſt īnter fructum & corticem ſuuꝫ & nomīnatur geſt & abulos: & fructus q̄dē uirt9 ē q̄ ifrigidat ifrigidatiōe pauca: & poſſibile q̄ fit in hoc ſicut medicīe tepide primi grad9 & deſiccat. DYAS. cap. de arbore glandium. Arbor glandis eſt totaliter ſtiptica & id ī quo ē maior ſtipticitas eſt pellicula que eſt īnter corticem exteriorem & lignum: & ſimiliter pellicula que eſt inter fructū & corticeꝫ POSSE.SERA.auct.gal. curat nimiū fluxum ſanguinis menſtruorū: & ſputuꝫ ſanguinis & cōuenit ulcerib9 īteſtinorū & fluxui uentris: & q̄ndo coq̄tur cortex īnterior cum cortice fructus & foliū ei9 congluctinat plagas recentes quando appoītur & maxime folia duarum ſpēy glandiuꝫ que ſunt magis ſtiptica. Et idē Et ego quidem congluctinaui uulnus īn quodaꝫ qđ factum fuit cum ēſe cū folio glandis poſtq̄ terui ī petra & poſui ſup uulnus īn circuitu eius & uniuerſaliter fructus eius eſt ſimilis huius uirtutis: & aliquando adminiſtratur in apātibus ca. in principio eorum & in augmento. Et idem auct dyas. datur ex decoctōe ligni eius habentibus fluxū antiquum & habentibus ulcera inteſtinorū & habētib9 ſputum ſanguinis: & fit cum eis naſcale mulieribus habentibus curſuꝫ matricis & glādes ſilīter faciunt illud. Et ipſi q̄dē multiplicant urinam & inducūt dolorē capitis & inflant uentrem: & conferunt ſpetiebus uenenoſoꝝ: & decoctō radicis eius quando bibitur cum lacte uaccino confert medicine mortifere que dicitur toxicum: & quando fit emplaſtrum cuꝫ glandibus ſedat apoſtemata ca. & q̄ndo

fit emplaſtruꝫ cum eis & axungia porci ſalita confert apātibꝫ duris & ulceribꝫ fraudulentis:& folium ſpetierū arboris glandum omniū quando teritur/cōfert apoſtematibus flegmaticis:& fortificat membra debilia:ſed illa qne nominatur ſanchalac et quidaꝫ nomināt eā caſtaneā & euſtehuloc eſt ſtiptica ſilīt:et operatō eiꝫ eſt ſimilis operatioī glandiū et maxīe cortex interior caſtanee confert illi qui bibit medicinam mortiferaꝫ que dicitur apimazan

Huligen .i.galanga
Huligem idem quod ſupra
Hulliquod .i.ſalix
Hulmigen .i.galanga
Humac .i.acetoſa
Humatum .i.terra ſigillata
Humariam .i.yreos
Humeme .i.amomum
Hume idem quod ſupra
Humemati lintea longa que deferunt ſaraceni in capitibus ſuis
Humenati idem quod ſupra
Humema .i.amomuꝫ
Hunaim .i.bitumen iudaicum
Hunayn idem quod ſupra
Hunacon .i.ozimum
Hunesum .i.cinis
Hune .i.acorus
Hunesum .i.ceterac

CAP. CCCLXVII.

POSSE.SERA. hic lapis aqle dicítur naꝫ cū aqla uult parere ouа ſua defert hunc lapidem maſculus a partib9 yndie & ſupponit euꝫ aquile & facit eā parere facile & alleuiat eius dolorem & hoc idē facit mulieribus & omnibus animalibus quando ponitur ſub eis in hora partus: Et idem auct. Raſis quando ponitur in petia & ſuſpēditur mulieri in coſſa q̄do debet parere facit accelerare partuꝫ cū facilitate; & ſum expertus hoc & inueni ſic eſſe: & omnes concordant in hoc, ꝙ alleuiat partum quando alligatur coſſe & iuuat: quando ponitur loco ꝓcnie: inuenitur ad curanduꝫ: iſte lapis īueītur apud nos & q̄ plures & uerificaui de eo multotiens experientiā: Enax ī lapidario cap. de lapide aquile ayt ꝙ ſuſpenſus īn ſiniſtro brachio conuenit pregnantibus & conciliat amorem, diuitias auget ubi fertur: & in pregnantibus īpedit aborſū & periculuꝫ parturitoīs mitigat, ꝓhibet caſum caducorum ſimiliter ſi de admīſtratione ueneni aliquis ſuſpectus ſit in cibo illo, ꝓhibꝫ ne poſſit ab eo deglutiri cibus ille: Si lapis ſubtrahatur mox deglutiet: Albertus fertur autem, ꝙ ſi ſuſpenſus in ſiniſtro brachio cōuenit pregnantibus & conciliat amorem & diuitias auget ubi fertur & ī pregnātib9 impedit aborſum & piculum ꝓturitōnis mitigat: & ayt ꝙ ꝓhibet caſū caducoꝝ ſimiliter & qđ hiis mirabilius eſt tradūt caldei, ꝙ ſi de admīſtratiōe ueneni aliq̄s ſuſpectus ſit īpoſitus in cibo illo, ꝓhibet ne poſſit deglutiri cibus: & ſi lapis ſubtrahatur mox deglutitur, querūt autē aquile hunc lapidem & imponunt nido ſuo & grues iter oua ſua ſed in uno āno ponunt unum & in alio alium: dicūt aūt quidam ꝙ faciunt ad mitigādū caloreꝫ ouorū uel corporis aquile ne oua nimis calefiant & hoc eſt probabile quidā autē dicunt, aliquid cōferre ad eorum formationem aut uiuificationem: ꝙ autē q̄dā dicunt ꝙ lapis ab aliis auibus ouis īterponatur ne oua frangantur falſū ē quia citius ad lapidem q̄ ad ſe ipſa colliſa franguntur: Ayūt autē aliqui ꝙ ſi aliq̄s ſuſpectus de adminiſtratione ueneni cū lapis iſte cibo īmittitur ſtatim a cibo ſtrangulatur: & quando ſubtrahitur trāſglutit cibum in quo poſitus ē lapis. Lapis dahagreg quid eſt lege lapis ſmaraldus.

CAP. CCCCVI.

Apis gagates ſecundū dyaſ. cap. de lapide gagatis īuenitur ī litia circa rīpā flumis qui gātes appellatur coloris nigri: & eſt alius ꝓallidus & q̄ſi lucidus uel pallidus, mediocriter leuis ualde: ut ſolus ſuper aquam natans inter alios lapides inuenitur, cuius ē melior q̄ facile exarſerit īgne: & odorem aſpalti habēs medicine aptus: & ſecundum plīnīum optimus eſt, qui ad lucernam accēditur. Enax in lapidario ſuo gagates & karabe quem quidem dicunt lapidem de genere gēmarum, ego tamen reputo ipſuꝫ eſſe gumi agiros & inuenitur in libia & britania iuxta maris littus, & habūdanter inuenitur in mari quod attīgit aqlonarē partē theotonīe & in anglia frequēter inuenitur & eſt duplicis coloris nigrum ſcilicꝫ & croceum & eſt perlucidum & glaucum & declinans ad palliduꝫ ēiūctū cum citrino colore: Confricatum autē trahit paleas & incenſū ardet ſicut thus.

POSSE.DYAS. gagatis uirtus eſt diaforetica uenena excludit emplaſtris podagricis miſcetur accenſus ī aq̄ ardet & oleo & extinguitur ſolum aq̄ ſolutus

dentes mobiles confirmat & rigores p̄-
cordiorum & dolorum euersiones facit
incēsus serpentes fugat: epilēticos ꝑdit/
incenditur & in aq̄ mittitur & ꝑ triduū
de eadem aq̄ datur ꝑturiēti & liberatur
demoniis & omnibus malefitiis resistit:
uirginitatē deꝑhēdit fictilia ex eo uasa
scripta nō delentur: mulieribus si desint
menstrua hunc lapidem tere & pōe sup
carbones ardentes ut iterum euaporet
circumtecta pannis & purgabitur sine
noxia & dolore: Sed sciendum q̄ dyas.
hunc lapidem uocat, quoniam apparet
ut lapis: & ideo dicit est ut gēma/unde
anuli fiūt sed in littera agiros/dicit q̄ ē
lacrimum agiros. i. populi arboris: Enax
cōueit hydropicis & fluidis & cōfirmat
dentes ut ayunt: de expertis autem est q̄
lotus aqua pro fumigationibus inferius
suppositus prouocat menstrua: fertur
etiam q̄ fugat serpentes & ualet contra
uentris & stomaci subuersionē & cōtra
fantasmata melancolica/q̄ qdē demōes
uocant: Ayunt autem de expertis/q̄ si
colatura & lotura eius cuz rasura detur
uirgini bibere, q̄ retinebit eum & non
minget, si autem non est uirgo statim
mingit & sic dicunt probari an aliq̄ sit
uirgo: dicunt etiam ualde ualere contra
laborem perturientis: Si uis scire latius
generationem istius lapidis/lege electrū.

CAP. CCCCVII.

Apis celidonius secundum dyas. in proprio cap. iueītur in uentrib9 yrundinū cuius genera sunt duo, niger & rufus qui colliguntur captis pullis irū-
dinum & scissis eorū uentrib9 iueniūtur, Albertus rufus iuolutus pāno lineo uel corio uitulīo & sub sinistra assella gesta-
tus, dicitur ualere contra insaniam & antiquos languores: & lunaticā passionē & epilensiam eodēmodo portat9: Enax autem dicit q̄ facundū gratū & placētē reddit gestātem se: niger autē ut Ioseph dicit cōtra nociuos humores & febres & iras operatur: & lot9 aqua sanat oculos & ad finem iceptum perducit negotiuz & si inuoluitur foliis herbe celidoīe di-
citur obfuscare uisū: Sūt aūt hii lapides parui ualde & tales iaz uidimus ꝑ sotios nostros de stomaco yrūdinū extractos de mense augusti: tūc enī extracti magis ualere dicuntur ut frequenter autē duo simul in una yrundine inueniuntur.

POSSEDYAS: rufus quidem sanat lunaticos & languidos & insanos r̄ pāno mūdo ligatus & i sinistro brachio egroti circumligat9 preterea facit gratissimos portātes se facūdos & amabiles & ido-
neos: Niger gestatus similiter optimuz finē īpoit: ad omēs iras regū & domiorū idoneus est: Nam qui eū habuerit oibus placebit, & ad arbitrium suum cuncta perducet: Sed cui dolēt oculi teritur cū aqua & inunguntur & sanabuntur: Sed cum tolluntur lapides cauendū ne pater aut mater prope sit/qa meliorez effectū habebunt: niger autem in panno lineo croco tīcto missus tertianas & cotidia-
nas & quartanas cōpescit: ac ueris omnē humorem aptus est excellenter: & cōtra iras & minas & lot9 aqua sanat oculorū dolores: & ad finem inceptum ducit ne-
gotiuz: Sed si uoluatur in foliis celidoīe offuscat uisum: Sunt autem lapides ꝑui ualde & tales uidim9 ꝑ sotios nostros extractos de stomaco yrundinum in mense augusti.

CAP. CCCCVIII.

Apis allectorius secundum dyas. in proprio cap. iueītur in uentribus gallorum gal-
linaceorum cristallo similis uel aque limpide: & ayt Albertus q̄ iste lapis est nitens cristallo obscuro similis extrahitur autem ex uentriculo galli gallinacei postq̄ castratur ultra quartuz ānum: & quidam dicunt q̄ post nonum extrahitur: & ē melior de gallo decrepito maxima autem huius quantitas ē iuēta ad quantitatez fabe: POSSEDYAS. qui secum habuerit inuictus erit ut a multis probatū est: nā gladiator habens

eum in ore inuictus permanꝫ & ſine ſiti ſimiliter & reges eum habentes fortiter bellabant & expulſi a regno non ſolum propriam dominationeꝫ, uerū etiā alienā receperunt: mulieribꝰ proderit portatꝰ qui uolunt placere uiro: Nam probos & ſpetioſos reddit portantes ſe.

CAP. CCCCIX.

Apis criſolitꝰ ſecūdū dyas. in proprio cap. lucidiſſimus eſt & ſimilis auro: Albertꝰ lapis criſolitus eſt in colore habens tenuem uiriditatem lucidam, in q̄ ad oculum ſolis micat ut ſtella aurea & non eſt rarus: POSSE. dicitur q̄ ſpiritualia confortat propter q̄d tritus aſmaticis datur: fertur etiam q̄ pforatꝰ & ſetis aſini in foramen repletꝰ ac ſiniſtro brachio alligatus, fugat timores melancolicos peſſimos, & hoc dicitur in phiſicis ligaturis: In auro etiam poſitꝰ & geſtatus fugat fantaſmata, & dicunt quidā ipſū ſtultitiam pellere & ſapiētiā adducere. DYAS. hic applicatus raſure auri filateriū eſt & tutamen aduerſus nocturnos tiores; pertuſus & traiectus cum ſetis aſini & in brachio ſiniſtro ligatus, omnia demonia uincit.

CAP. CCCCX

Apis exebenos, ſecundum dyas. in proprio cap. albus ē & ſpetioſus, quo ſolēt auriſices auꝝ lipidare. POSSE. DYAS. curat ſtomaticos potatus cuꝫ paſſo & aq̄ſiliter amētes ſanat potatus ad uenereas uoluptates mirifice facit bibitus, quia nō patitur diu eos fatigari: ſoluit etiam ueſicā dolentē: Nā portatꝰ partum ſine egritudine conſeruat: & uelocitatem parturientis facit, circuꝫligatus femori.

CAP. CCCCXI.

Apis agathes ſiue agapis ſecundum dyas. in proprio cap. habet maximā uirtutē ſcilicet qui colorem habet ſimilē pelli leoīs: Yſaac beniamī, agathes autem lapis niger, eſt albis uenulis in quodaꝫ modo ſpetiei lapidis albeſten & inuenitur alius modus eiuſdem ſpēi qui ſimilis ē corallo: & tertiū genus plurimū ſui ī creta īſula naſcitur q̄d habꝫ ī nigro uenas croceas eſt quartum genus īdicū & uarium quaſi ſanguine ſit aſperſum: POSSE. DYAS. ualet ad morſum ſcorpionis alligatus uel illinitꝰ cuꝫ aqua ſtatim tollit dolorem: tritus & uulneri aſperſus uel in potione cum uino datus uiprarum ſanat morſus: portatꝰ facundum ſuadentem amabilem & gratum portantem facit: Yſaac beniamīn primū quidem genus aptū eſt ad regū formas que lapidibus inſculpuntur & plurimi lapides habent capita regum inſculpta & cum iacēt ad caput dormiētis, fertur oſtendere multa ſimulacra ſompnioruꝫ tertium autem genus quod creticuꝫ eſt facit ut adiuuet uincere picula & uiribꝰ conuenit cordis gratum & placētē facit ut dicit Enax & coloris facit hoīeꝫ boni & facundum & iuuat eū contra aduerſa genus autem indicum uiſum fouet & ualet contra ſitim & uenenum: Cū autē accenditur odoriferum eſt ualde

CAP. CCCCXII.

Apis galactides ſecundum dyas. in proprio cap. colore ē cinereꝰ: guſtu dulcis qui tritus lacteū colorē emittit. Albertꝰ lapis galactides quē q̄dē galactidē uocant, lapis ē ſilis cineri: & ſecūduꝫ plurimum inuenitur in nylo & achelco fluuie. POSSE. hic tritus dat ſaporem lactis & ſucum: & in ore clauſus turbat mentem: dicitur etiam in de ligaturis phiſicis q̄ ligatus in collo replet ubera lacte: & alligatus femori mulieris facit partus faciles: Ayunt etiam paſtores egipcei q̄ ſi ueſpe contuſꝰ cū ſale mixta

aqua oues circumſpergantur ubera eoꝝ replentur lacte & fugatur ab eis ſcabies & generaliter dicitur cōtra ſcabiē ualere. POSSE. DYAS hic poſt balneū ieiuno datus cuꝫ muſa uel aqua lactis copiā miniſtrat: uel ex ouis grauidate lana filo facto & pertuſſato lapide circa collum ligatur letheus dicitur, quia p̄cedentia mala in obliuionem adducit & gratioſū reddit reſiſtit iniurie & faſino dolorem liberat dentiuꝫ circūligatus q̄ ſi mulieri difficulter parturienti filo facto de lana ouis fecunde ligatus fuerit circa femur dextruꝫ, continuo pariet ſine dolore, qa obliuiſci facit: dicitur etiam q̄ tenax eſt, nam in iuditio litigantes uincere facit.

Lapis eratides idem quod ſupra.

Lapis letheus idem quod ſupra.

CAP. CCCCXIII.

Apis medus ſecundū dyas. in ꝓprio cap. niger eſt qui tritus emittit croceū colorē. Albertus, lapis medus uel medo dicitur, quia a regione medorum fertur, ubi plures inueniuntur: Sunt aūt huius ſpecies due unus niger & alter uiridis. POSSE. huius uirtutē eē dicunt, contra ueterē podagrā: oculoꝝ cecitatē & nefreticam paſſionem etiam refouere dicitur feſſos & debiles: fertur etiam q̄ fragmēta nigri, ſi i aq̄ ca. miſſa fuerit, & ſe quis in aq̄ illa lauerit, incurrit mēbroꝝ excoriationem: & ſi ex ea biberit peribit uomendo. DYAS. eſt autem duplicis potentie ſcilicet bone & male. naꝫ tritus in cote medicinali cum lacte muliebri q̄ ſemel creauit prīo partu pueꝝ & iūctus albugines curat oculoruꝫ: & omnē illorū dolorē etiam ſi deſpatus fuerit medere podagricos, eodem modo cum lacte cuis que ſemel genuit maſculum ſanat: renes & anhelitus & interiores partes corpis hoc medicamē p̄paratū hēas i uaſe uitreo uel argēteo & perfice ieiunꝰ: ad uidictā quoq; ſupra cotem & da cui uis, & lauet fatiem & exſiccabitur; Si quis autem ex eo bīberit pulmoneꝫ uomet: oportꝫ aūt bibenti paululum dare ut non ſatietur. inuentus eſt autem iuxta fluuium faſin.

CAP. CCCCXIIII.

Apis armenꝰ ſecūdū plinīū ī ꝓprio cap. ē dictꝰ & noīatus a regione illa & ē liuidꝰ & ſubalbīdus, cuiꝰ melior ē habens colorem medium inter uiridem obſcurum terreum & yndum, & habet macularū diſtinctiones uirides & nigras. AVIC. libro ſecundo, cap. de lapide armeno eſt aliquantulum azulini coloris, non tamen eſt in colore azuli & non eſt in eius ſoliditate, ſed eſt in eo arenoſitas quedam, & q̄ndoq; utuntur eo tīctores & pīctores loco azuli & eſt lenis tactu: IO: MES. lapis armenus īquit alexāder a uerificatoribus eſt inuentus habere prerogatiuam in educendo colerā nigrā cuius operatio in columior eſt ellebro nigro & uirtuoſior lapide lazuli: melior eſt habens colorem medium iter uiridē obſcurum & terreum & yndum, & habꝫ macularuꝫ diſtinctiōes uirides & nigras & qui non ē ī termino lapidis, īmo facile diſſolubilis, puluerizabilis: & q ē leīs tactu carēs aſpitate: ca. cōplexioīs ī prīcipio ſecundi & ſic. in ipſo & eſt reſolutiuus abſterſiuus & eſt ex conturbantibus & ſubuertentibus ſtomacum: & educit per uomitum & uentrem, & nocet ſtomaco, generans ſubuerſionē & facīēs ſolutōēꝫ cum anguſtia: Et dixīt alexāder, nō lotꝰ ſoluit per uomītum & p uētrē cū labore. lotus autem ſoluit p uētrē ſine moleſtia. Ars autem in lauando ipſum eſt hec: teratur cū facilītate ī uaſe lapideo, deīde fundatur ſuper ipſum aqua dulcis & lauetur ſic terendo & fiat illud trigeſies ſemper īnouando aquā & adhuc decies lauetur cum aq̄ roſarū: Et dixit alchīdꝰ lauetur cū aq̄ bugloſſe poſt ꝺpurationē eius: acquiritur enī ei ꝓprietas mīrabilis, ex hoc ad egrītudines melancolicas: POSSE. AVIC. ſoluendo educit melancoliam plus q̄ lapis lazuli, & ꝓpter ipſum dīmittitur elleborus niger.

IO.MES.educit ſolutione colerā nigrā cum uirtute:& mundificat cerebruʒ ex ea:& ualet ad egritudīes eiꝰ melācolicas ſicut ē mania & uertigo & dolor capitis & epilenſia & ad egritudines timoris & ſuſpitionis & ad lepraʒ & ad egritudīes ſplenis & ad cancrum & morfeam & fe. melancolicas:Doſis non loti potio eſt a .ʒ.ſ.uſqꝫ ad.ʒ.i.ſ.& loti potio eſt a.ʒ.i uſqꝫ ad.ii.

CAP. CCCCXV.

Apis berillus ſecūdū dyas. proprio cap.lucidiſſimus eſt & clarus ſilīs oleo: Albertꝰ in lapidario ſuo īn proprio cap.lapis berillꝰ eſt coloris pallidi lucidi tranſparentis ut limphe:& q̄do uoluit in eo uidetur moueri aqua,ſecundum plurimum autem eius generatio ē ī īdia ſicut & multarum aliarum gēmarū:ſunt autem multa genera & modi in ſpetie lapidis iſtius ſed meliorē eſſe ferunt qui magis pallet:& plures habet guttas que uidentur in ipſo manere: POSSE: DYAS.ſculpitur in eo locuſta marina & ſub pedibus eius cornicula & ſub gē-ma ponitur herba ſauina modico auro incluſa:geſtat amorem cōiugi & maiorē omnium facit:preterea ad oculoꝝ uitia facit & ad omnem ualitudinem ſi aq̄ īn qua miſſus fuerit potui dederis:ructus & ſuſpirioſos & epatis dolorem curat: Albertus fertur autē habere opa multū contra pericula hoſtium & contra lites & reddere inuictuʒ & īn moribus dici-tur efficere & ingenium bonum dare medicorum quidam dicunt qꝫ ualet & contra pigritiam & contra ſuſpiria & eructuationes:& qꝫ ualet oculis huīdis: Expertum eſt autem qꝫ q̄do rotondatur & oculo ſolis apponitur qꝫ aduritur & ignem accendit:dicunt aūt qꝫ coniugiū conciliat inter uirum & uxorem.

CAP. CCCCXVI.

Apis alabaſtrides ſecundū dyas.in proprio cap. ē ſatis manifeſtus. POSSE.

DYAS.eſt laxatiuꝰ mollit deniq; durities:& ſtoāci doloreʒ ceroto admixtus

Lapis corallus ſecundum dyas. proprio cap.maximas habet uirtutes pro q̄ lege baſſad.

CAP. CCCCXVII.

Apis lacteus ē lapis ſecūdnʒ Auic.li.ſecundo .cap.ꝓprio quī cuʒ fricatur aqua egre-ditur ex eo qd̄daʒ ſicut lac & hic quidē lapis ē cinerei coloris dulcis ſaporis.POSSE.AVIC.teritur cū aq̄ & ſeruatur qd̄ reſoluitur ex eo in pixide plūbi & conuenit initio apātum & fit ex eius fricatione alchohol & ꝑhibʒ curſū ſuperfluītatum ad oculum & ulcera in ipſo accidentia

Lapis galactides idem quod ſupra

CAP. CCCCXVIII.

Apis ueſice eſt qui ī ueſica generatur.AVIC.li.ſecūdo in proprio cap.dixerūt qd̄ā q̄ frangit lapidem renuʒ & ueſice/ſed gal.dixit q̄ nihil horum eſt

Lapis molaris ſecundum Auic.ī ꝓprio cap.omnibus eſt notus & eſt ſtipticus

CAP. CCCCXIX.

Apis piritis plinius ī ꝓprio cap.lapis piritis duriſſimus eſt qui & ſi ferro percutiat ſintillas emittit & ignem.

Caſſius felix in proprio capitulo lapis piritis .i.focaria a quo ꝑ alliſionē calibis uel alterius rei dure ignis euolat ſʒ gal. in epiſtola ad glauconem exponit lapis piritis.i.lapis militaris qd̄ qd̄ā ītelligūt de lapide lato ſup quē ſolēt ignē cōferre. POSSE.Pliniꝰ uires habet ī ſilītudieʒ cadimie facit ꝓprie ad oculoꝝ claritatē

Lapis focarius idem quod ſupra
Lapis militaris idem quod ſupra
Lapis lagia eſt ſimilis oſſibus elefantis eſt fuſci coloris & quaſi ſubruſus

CA CCCCXX.

Apis lincis : Enax, in ꝓprio cap. fit de uria lupi ceruarii mixta & in montib9 coagulata qui in domo ſeruatus generat optimos fūgos ſupra ſe quolibz anno: dicitur ualere contra dolorē ſtoāci & hycteritiam : & fluxum uentris.

CAP. CCCCXXI.

Apis ſiſtos / Enax ī proprio / cap. eſt fuſci coloris & ſubrufi oblongas areſtas ſiue pinulas non habens erectas ut alumen ſciſſum / Enax / POSSE. uires habet fortiter conſtringentes.
Iapis ſpongie eſt lapis inuentus & ort9 in corpore ſpongie, & ad quid ualz lege affegi albach.
Lapis de barchim / quid eſt lege famechi.

CAP. CCCCXXII.

Apis ſtellatus: Enax ī ꝓprio cap. eſt de genere marmorū / habens maculas ex auro : & eius eſt alius albus q dicitur lapis marchaſita: Alius ynd9 clar9 celeſtis & uocatur lapis lazuli, pro quo lege lapis lazuli: & q̄doq; mīnera fert utrūq; ſimul & quādoq; eſt alius coloris uiridis & uocatur lapis criſopaſſus ut apparz ſi leges lapis criſopaſſus.
Lapis ſidiricis. .i. ſcoria ferri.
Lapis ydras īdeſt lapis ex noſtris aquis generatus.

CAP CCCCXXIII.

Apis trachius Enax ī ꝓprio / cap. eſt lapis niger / naſcitur in pōto amne qui ē i egipto / POSSE. Enax habz uires ſicut gagates & dicitur accendi parum ab aqua ſed extinguitur ab oleo

CAP. CCCCXXIIII.

Apis quadratus ſecundum plinium in egipto inuenitur. ſimiliter & in ethiopia & exalbidus ē. POSSE. plini9 uires habet ſtringentes / unde necare dicitur conceptum.

CAP. CCCCXXV.

Apis glatides / plinius īn ꝓprio cap. uelut cinereus eſt guſtu dulcis. POSSE. plinius / latenter humectat & leuiter conſtrigit / & iō facit ad lacrimas oculorum.
Lapis moroechus / ſecundum plinium in in ꝓprio cap. ītueītur ī egipto & ē pallid9.

CAP. CCCCXXVI.

Apis flogmus / ſecūdū plinīū in egipto inuenitur auroſū & flamineum habet colorez. POSSE. Plinius illinitus fronti ſompnum inducit.
Lapis preparatorius corii .i. pumex, pro quo lege famechi.
Lapis ulcam idem quod ſupra.
Lapis archadi .i. lapis gagatis /
Lapis lincuri9 .i. lapis lincis.
Lapis diſcaltis .i. ſcoria eris.
Lapis litarmenum .i. lapis lazuli.
Lapis keme / quid eſt lege keme.
Lapis berzat idem quod ſupra.

CAP. CCCCXXVII.

Apis albeſton ſecundū Albertum in lapidario ſuo, eſt coloris ferrei qui ſecunduz plinium in arabia inuenitur.
POSSE. Albertus uirtus mirabilis ei9 in templis deorum eſt manifeſta / eo ꝙ ſemel accenſus uix aut nunq̄ poterit

extingui eo q̄ naturam habet animalis q̄ salmandra uocatur/cū modico huīdi unctuosi pinguis insęperabilis.

CAP. CCCCXXVIII:

Apis absint9 secūdū albertū/ est de genere gēmarū/colore uitri rubeis uirgulis.

POSSE. Albertus huius uirtus fertur esse/sicut lapis abescarius/ licet satis remissior/nam accens9 ꝑmanz calidus/per.vii.dies uel amplius propter eandem causam que dicta est de lapide abescario/lapidis etiam huius uirtus est in prouocando & augmētādo fluxuz sanguinis ut expimentatores asserunt.

CAP CCCCXIX.

Apis nigrorum secundum Auīc. libro secundo ꝑprio cap.est lapis qui defertur ex nigris declinans ad citrinitatem. POSSE.AVIC.fricatur & egreditur ex eo fricatio mordicās liguā similis lactiꝫ:mundificat pannuz oculi/cū non est cum apostemate & obtalmia/& conuenit uestigiis ulcerum in eo & eradicat ungulaz.

CAP. CCCCXXX.

Apis amandinus secundum albertum/est gēma coloris uarii: POSSE. Albertus uenenum omne aut extīguit aut reprimit:& uīcere facit aduersarios & plenam interpretationem sompniorū facit intelligi.

CAP. CCCCXXXI.

Apis cochilii hoc uocabulū ponitur ī quodā electuario Auic.qđ est contra uitium lapidis:& quidam dicunt/q̄ est coclea marina que dicitur cochílium ut apparet si leges obstracorū:& quidaz dicunt/q̄ est coclea limatiarum secūduz ueritatē lapis cochilii/ est coclea porfire marine/& ē cochilium marīnum purpureum/qđ inuenies si leges obstracorum.

CAP. CCCCXXXII.

Apis ametistus secundum Albertum/est gēma multū coīs & nota/que est coloris purpurei & transparentis aliquātulum obscuri/inueniuntur in ista spetie multe differentie/sed quinq; sunt magis note/propter differētias obscuritatis omnes acceptas: nascitur melior in hac spē ī īdia/ē autem melior ad sculpēdū eo q̄ aliis est minus durus: POSSE. Albertus operatur contra ebrietatez & facit hominem uigilē:& malas reprimit cogitationes:& bonum in scibilib9 confert intellectum.

CAP. CCCCXXXIII.

Apis andromada secunduz Albertum/est lapis coloris argentei/& secundū plurimū in mari rubro nascitur/est autem quadratus & durus sicut adamas. POSSE.Albertus uirtutē habz cōtra furorem & facilis animi cogitationem & tristitiam & grauitatem/pro quo lege lege lapis quadratus.

CAP. CCCCXXYIIII.

Apis palagī9 siliter dicitur secundum Albertum/q̄ est gemma coloris rubei lucide ualde nature & substantie transparentis:& dicitur esse feīa carbūculi & uirtutes ei9dē remissas habz sicut femina ad marem se habet:& dicūt qdā/ q̄ est domus eius:& iō palatiū carbūculi uocatur:generatur frequēter carbūcul9 in lapide isto & īā uisū ē hoc q̄ in lapide uno exterior pars fuit palagi9 & īterius carbūcul9 ꝑpt̄ qđ hui9mōi gen9 lapidū dicitur esse de genere carbunculi.

CAP. CCCCXXXV.

Apis borax ſecūdū Albertū a quodam genere bufonis nomiatur, qđ ſic dicitur q̄ ipſum in capite portat: & ē duorum generum, unū albū aliquantulū fuſcum: & alterū ſi uiuo adhuc palpitāte bufone extrahitur, in medio habz oculū ceruleum: & temporib9 noſtris extract9 fuit unus de bufone pu9 uiridis: aliquos etiam uidim9 bufones habētes depictos ī ſe qui de hoc genere dicebātur: uulgariter autē cropodine dicūtur. POSSE. Albertus ſordes purgant inteſtinorum & ſuperfluitates.

CAP. CCCCXXXVI.

Apis carbunculus, q̄ grece ātrax dicitur, hic nō naturalis rubinus uocatur ſecūduz albertū lapis placidiſſim9 & rubicūdiſſim9 & ſolidiſſim9 habēs ſe ad alios lapides ſicut aurz ad cetera metalla, & q̄do uere ē bonus lucet ī tenebris, ſicut carbo & talem iā uidi ego: quādo tamē iā bonus & uerus ē, emicat in tenebris ſuperfuſa aqua clara & limpida, in uaſe uitreo mūdo polito: qui autē neutromō lucet, hic non habet nobilitatē p̄fectam, ſecundum autem plurimū ſui inuenitur in libia & licet habz differētias plurimas ut ayt Enax, qui dicit eū habere .xi. ſpēs ōnes tamen dicūtur eſſe ca. & ſic. ſecūdū plus & minus. POSSE. Albertus hic ſolus omnium aliorum lapiduz uirtutes habere dicitur: ſpēalis tamē eius effectus eſt uenenum fugare.

Lapis erarius, ē lapis marchaſita & dicitur erarius, quia ex eo tingitur es.

CAP. CCCCXXXVII.

Apis calcedonius ſecunduz Albertum eſt pallidus, & fuſcus aliq̄ntulum obſcurus, POSSE. Albertus hic, ſi p̄foratur & collo ſuſpēdatur, dicitur ualere contra fantaſticas illuſiones ex melancolia ortas: etiam facit euicere cās, & uirtutes corporis conſeruat: & hoc ultimum expertum eſt multum.

CAP. CCCCXXXVIII.

Apis calefarios ſiue calcofanos ſecundum albertum eſt niger. POSSE. albertus uirtus ei9 ē uocē clarificare & raucedinem mederi.

CAP. CCCCXXXIX.

Apis corāticas uel corauiū ſecundum albertum, ē lapis criſtallo ſilis infecto colore ceruleo, q̄ dicit cadere aliq̄do đ nube cū tonitruo & iueitur ī graīa & hyſpania, ſed hyſpanus eſt cādens ut ignis. POSSE. p̄uocat dulces ſōpnos & ad prelia & cauſas uincēdas, & cōtra periculum tonitrui dicitur operari, hoc ſimiliter ayt Enax.

CAP. CCCCXXXX.

Apis celoītes ſecūdū albertum eſt purpurei coloris & uarii, dicit ī corde teſtudis inueniri, quia quedam ſunt maxime teſtudines, habētes domos que ſunt ut uere margarite. & nītentes. POSSE dicitur, q̄ diuinatorez facit eū qui geſtat ſub lingua: hanc autē uirtutē non dicitur habere, niſi quando luna eſt primo accēſa & creſcēs & monoydes ultīa decreſcens: & dicit hic lapis ab igne non corrumpi.

Lapis cogolites, dicitur ſecūdū albertuz, eſſe in quantitate & colore ſimilis oſſis oliue, & alio noīe uocatur lapis iudaicus, pro quo lege lapis iudaicus.

CAP. CCCCXXXXI.

CAP. CCCCXXXXI.

Apis criſopaſſus ſecundum albertuꝫ eſt lapis q ab india uenit & raro īueītur ꝓpter quod & carior extimatur: in colore etiam ē quaſi ſit ex ſuco porri uel praſſii coagulato habens etiam auri guttas propter qđ & tale nomē accepit quia criſſo aurum ſonat ī greco, praſſiū ideſt uiride: uiriditate porri: undeuerſus Marubii folia ſūt praſſia praſſaq; porri. POSSE uires habet lapidis praſſii etiā ad ōnes cordis paſſiones efficax repitur.

CAP. CCCCXXXXII.

Apis criſolitus ſecundum Albertum eſt lapis ī colore tenens uiriditatem lucidam in qua ad oculuꝫ ſolis micat ut ſtella aurea & non ē rarus dicitur aūt uenire de ethiopia. POSSE. expertum autem eſt q ſpiritualia cōfortat: ꝓpter qđ tritus aſmaticis datur. fert etiā q p- foratus & ſetis aſini ī foramīe repletus & ſiniſtro brachio alligat? fugat tīores & melancolicas paſſiones: etiam dicitur ī phiſicis ligaturis in auro etiā poſitus & geſtatus fugat fantaſmata & pellit ſtul- tiam: & ſapientiam proferre perhibetur.

CAP. CCCCXXXXIII.

Apis criſtallus ſecundum albertum eſt lapis q aliq̄ndo fit ex frigore: aliquādo aūt ex niue, ſicut ſepe experti ſuimus, & ī germania ubi multi iueniūt uterq; autem modus generatioīs facilis ex ſuperioribus erat maīfeſt? POSSE. hic frigidus oculo ſolis oppoītus ignem eiicit ſi calid? ſit, hoc perficere non pōt huius ratio poſita eſt ī li. de ꝓprietatib? elemētoꝝ & planetarum. & dicitur etiā ſitim reſtringere ſub lingua poſitus: & expertum eſt q tritus cum melle mixt? acceptus a mulieribus, repleat ubera lacte.

CAP. CCCCXLIIII.

Apis grīſolitus ſecundum albertum eſt gēma coloris aurei, in horis matutīs uiſu pulcherrimus eſt: ī aliis aūt horis diſſimilis ab igne autē corrūpitur & fugatur & ut quidā dicūt īflāmatur: & ideo timere īgnem dicitur: dicūt autē alii q eſt aliud genus iſtius lapidis q eſt lapis ignobilis ſubſtātie: & ē marchaſita aurea: que medium quoddam eſt ínter metalla & lapides: dicītur autem tertiuꝫ genus iſtius lapidis eē coloris medii īter ceruleum & rubeum: POSSE. uirtus huius lapidis eſt curare ſcabīē & ulcera: & īn manu geſtatus calorē febris miti- gare dicītur.

CAP. CCCCXLV.

Apis criſopaſſios ſecunduꝫ albertū gēma ē ab ethiopia ueniens: POSSE. dicitur lucere ī tenebris & euaneſ- cere lumine ſuperueniente: ita q colorē non retinet quem habet ín obſcuro: & fit ín ipſo ſecundum diuerſitatem lumīs & tenebrarum reciprocatio coloꝝ uelut in quercu putrefacta & noctiluca: & de omnibus hiis ī li. de anima dedim? rōeꝫ perfectam & uide.

CAP. CCCCXLVI.

apis deīmoīs ſecūdū albertū, eſt quidam lapis bicolor ut arcus deimonis q̄ yris uoca- tur, eſt autem deīmō dictus qđ grece ītellectū uel ſtellā clarā ſtillātē ſonat: POSSE. dicitur conferre febri citantibus uenenoſa pellere & tutum & uictorē reddere.

CAP. CCCCXLVII.

Apis diadochos ſecundum albertum, eſt lapis pallidus, dicitur aliquantuluꝫ berillo ſimīlis: POSSE dicitur

fantasmata in tantum excitare q̄ magi maxime hoc utuntur tamen applicatus defūcto uires amittit, quia mortē odire perhibetur horum autē ratio haberi pōt in libris magorum hoc ē hermetis: tebit bencorath: & ptolomei de quibus nō est presentis intensionis.

CAP. CCCCXLVIII.

Apis dionisia secūdū albertuz ē niger, guttatus rubeis guttis: POSSE expirat uinum & odore ipsius uini fugatur ebrietas: quod mirabile apparet causa est autem q̄ uinum non odore sed uapore opiliando inducit ebrietatez/ lapidis aūt huius odor simpliciter apitiuus est & expulsiuus uaporum.

CAP. CCCCXLIX.

Apis draconites secundum Albertum est lapis a capite draconis extractus & fertur ab oriente ubi sūt dracones magni. uirtꝰ eiꝰ efficax sicut lapidis qui uocatur borax, quādo de dracōe extrahitur adhuc uiuo palpitante: insidiātur autem draconibus dormiētibꝰ & subito scisso capite draconis adhuc palpitante euellunt lapidem: animē enim actꝰ multa confert: hiis etiam superfluitatibus que generantur ī animalibus: & mortis corruptio alterat ea quando naturali morte corruptis humoribus moriūtur & q̄do mortua uel corrupta occisa iacuerūt ego autem in partibus alamaie in sucuia uidi lapidem super quem conuenerant plꝰq̄ xx. serpentes inter montes in quodam prato: & cum transitum faceret īde dominus terre milites euaginatis gladiis sciderunt serpentes in multa frustra: & in fundo tamen quidam magnus iacuit serpens in multas partes incisus, & sub capite serpentis inuentus est lapis niger formatꝰ ut paramis abscissa nō plucidꝰ in circuitu coloris palidi: pulcherrimuz habens descriptum serpētē & hūc lapidē ab uxore eiusdez nobilis mih̄ presetatū cum capite eiusdem serpētis: POSSE: dicitur uenena fugare q̄ fiūt a morsibus animalium uēnatorum: uictores dicitur etiam efficere.

CAP CCCCL.

Apis elitropia secūdū Albertum est lapis uiridis fere smiraldo similis aspsus sāguineis guttis; hūc elitropiam dicunt eē uocatuz nicromātici & gēma babiloīe: POSSE. si lapis iste ūgat suco herbe eiꝰdē nominis & ī uas aque plenū imissus facit sanguineū solē uideri sicut si pateretur eclipsiz: cuius causa est quia tōtam aquam ebulire facit in nebula q̄ inspissando aerem impedit solem uideri sicut q̄ndo est cū rubore in spissa nube: postmodum autem descendit rorando illa nebula sicut per guttas pluuie: oportet autem ad hoc q̄ quodā carmīe sacratus sit: & qbꝰdā caracteribꝰ mixtꝰ & sicut arrepticii p̄sentes sunt diuinādo quedam predicunt: propter qđ tēploruz pontifices illo lapide utebantur maxime in festis idolorum: dicitur autez reddere hominē bōe fame: & large uite: & cōtra fluxū sanguīnis: & uenena ualere: dicitur aūt q̄ unctus herba sui noīs ut p̄dixímꝰ fallit uisum ita ut hominem prohibeat uideri: inuenitur autez pluries ī ethiopia & cypro & yndia.

CAP CCCCLI.

Apis etydros secundū Albertum est lapis in colore cristallo similis: qui ppetuis guttis distillat, & tamē lapis non minoratur nec corrūpitur: causa in hoc profecto est q̄a ex substantia lapidis gutte ille nequaq̄ distillant, sed propter nimiam frigiditatem: aerē se tangentem cōtinue semutat in aq̄ sicut faciūt lapides duri & politi post resolutionem frigoris hoc similiter ayt Enax cap. de lapide etydros.

CAP. CCCCLII.

Apis epistithes secundum albertū ē lapis ī mari natus rutilans & rubicundus.

POSSE. incantationibus: & ꝓphisicis ligaturis dicitur ualere: & ꝙ gestatus tutum hominem seruat: & compescit seditiones: & compescere etiā dicitur locustas & uolucres & nebulas & grandines & tēpestates a fructib⁹ terre. Expertum autem est ꝙ oppositus oculo solis ignē & radios ignis emittit dicitur autem ꝙ hic lapis si īn aqua feruente proiicitur cessat ebulitio eius: & post modicum frigescit causa autē huiꝰ alia eē nō posset nisi ꝓ certo qa frigidissimꝰ est & motus a calore bulientis aq̄ frigiditas sue complexionis agere incipit.

CAP. CCCCLIII.

Apis exacolitus secundum Albertum est lapis uarius dissolutiuus ut dicūt periti medicorum. POSSE. uino permixtus & potatus ualet cōtra colicā & iliacam passionem.

CAP. CCCCLIIII.

Apis exacontalitus est lapis secundum albertuꝫ .lx. coloribus distinctus ꝓpue q̄titatis ualđ q freq̄ntiꝰ īlilia īuenit. & apud trogotidas īuenitur: & mouetur sepius propter hoc etiam oculos homis dicitur efficere tremulos.

Lapis exacolitus idem quod supra

Lapis falcanos .i. arsenicum

Lapis filatiuus est eadem gemma q̄ crisolitum & est eiusdem uirtutis ut ferūt gemmarii.

CAP. CCCCLV.

Apis gagacromeon secūdū Albertuꝫ ē lapis diuersi coloris sicut pellis capreoli: POSSE. uictores reddit se gestantes. Expertum autē dicunt esse ab Alchide principe quodam: qui quotiens hunc lapidem secuꝫ habebat sep uicebat in terra & in mari quotiens aute caruit fertur hostibus succubuisse.

Lapis berzath quid est lege kenne.

Lapis kenne quid est lege quod supra

Lapis quī inuenitur in oculis ceruorum idem quod supra.

Lapis archadie est lapis ꝙ cuꝫ accēditur non extinguitur.

CAP. CCCCLVI.

Apis garatiden secundū albertum est lapis qui fertur eē nigri coloris: ꝓbatur aūt ueritas huius lapidis sic si gestans lapidem totum corpus suū ūgat melle muscis & uespis exponitur: & si intactus manet ab eis lapis est uerus: & si deponit lapidem musce & uespe super mel cadunt & fugunt. POSSE. ayunt ꝙ ī ore portatꝰ facit bene iudicare opiniones & cogitationes: fertur etiam ꝙ gestantem gratiosum reddit hominibꝰ ita similiter asserit Enax.

Lapis getolidus .i. lapis aquile.

CAP. CCCCLVII.

Apis granatus ut cōstatinꝰ ayt ī proprio cap. & albertꝰ est de genere carbunculi: est autē lapis rubeus & plucidꝰ in colore similis balaustiis: ē aūt rubeus aliquantulum obscurior carbunculo: & cū subicitur ei in sigillis niger color tūc magis rutilat: & ī hoc genere īuenit q̄dā mōus q ītra ruborē spūs habꝫ uiole colorē ꝓpter hoc genus uiolatū dicitur, & ꝑcisior ē aliis granatis: POSSE. dicitur letificare cor: & pellere tristitiam: & est ca. & sic. & ꝙ quidam dicunt hunc esse de genere iacinti est falsuꝫ: inuenitur enī lapis hic secundum plurimos in ethiopia & aliquotieus īntra tyrum iuxta arenas maris

CAP. CCCCLVIII.

Apis iaſpis ſecūdū albertuz/ eſt lapis multorum coloruz & habet ſpecies .x. melior tamen eſt uiridis trāſparens habens in ſe uenas rubeas, debet autē in argēto proprie ligari/ hic ī multis ꝑtibus inuenitur. POSSE. expertum ē contra ſanguinem & fluxum menſtruoꝝ: Ayūt autem ꝙ tegat conceptum & iuuat ꝑtū/ & ꝙ geſtantē ſe a luxuria ꝓhibet: ī magicis etiaz legitur, ꝙ ſi īcātetur ꝑtātē reddit gratum & potentem & tutuz: & fugat febrē & hydropiſim.

CAP. CCCCLIX.

Apis iena ſecundū albertuz/ ē a beſtia que iena uocatur/ ſic dictus eo ꝙ oculi eius in lapidem uertūtur totaliter. POSSE. Ayunt autem Enax et aaīen/ ꝙ poſitus ſub lingua confert diuīnando dicere futura.

CAP. CCCCLX.

Apis yris eſt lapis ſecundū albertum criſtallo ſimílis: & eſt ut frequentius exagonꝰ dicit autez Enax/ ꝙ ð arabía uenit & in mari rubro naſcítur. Nos aūt īnuenímus maximam copīā hoꝝ lapídū in montibus germanie qui ſūt īter renū fluuium & treuerenſem ciuítatem, & diuerſe quantitatis omnes ſunt exagoī/ in aliis autem lapídibus cum naturaliter ſint rotondi exagoni efficiuntur/ ſicut foramina apū in medio ꝑpoſita exagona efficiuntur/ cum illa que ſūt in extremís ſunt rotonda: eſt autem lapis ſicciſſimꝰ qđ ſua īdicat ſubtílitas/ maxima fit autē ex aq̄o ſuco q euadit de materia lapidis qui generatur in luto rubeo: & quía hoc aqueum uehementer ſicco apprehenſū ē ſiccus & durus eſt lapis ualde: cum autē ſub tecto ſoli eius pars īmittitur: & pars eius ī umbra tenetur proiicit reflectēdo pulcherrimos colores yridis ſup oppoītū parietem: uel ſuper aliquod corpꝰ ꝓpt̄ quod yris uocatur/ cuius cauſa ſuperius eſt aſſignata: aliquid autem ſímile huic naſcítur ín gipſo quod eſt perſpicuum in extremis: & ſciſſibile ualde & utūtur eo pro uitro quidam ín uitris.

CAP. CCCCLXI.

Apis iſcultos ſecūdū albertum & yſidorum eſt croco ſimilis lapis ī ultīs yſpanorū partibus frequētiꝰ īuenitur, iuxta gades herculis in tertio & ſecūdo climatibus/ iuxta hyſpaniam illam quaz modo hyſpanīam uocamus: eſt aūt lapīs filabilis propter uiſcoſitatem ī eo arefactā: & ſi de eo fiat ueſtis nō cōburitur, ſed ex īgne purgatur & nitet: & forte illud eſt qđ gennā uocant ſalamādre/ qa hec lanugo que índe colligitur, eſt ſicut lanugo lapidīs huīdi: q̄re aūt nō crematur ín metheoroꝝ expedítū ē, huiꝰ ſpēz quandam dicūt eſſe quendaz lapidē/ quē quidam uocant carbunculum album: POSSE imitatur carbunculum, in hoc ꝙ fantaſmatibus & ꝑſtigiis reſiſtit: ualet contra dolorem oculorū ex huīda cauſa/ & redactus ín puluerem ſanat ſcabīem: Item yſidorus dicit de lapide iudaico, ꝙ eſt albus ad modum glandis in q̄ntitate.

CAP. CCCCLXII.

Apis kacabrates/ ſecundum albertū ē lapís ſímilis criſtallo. POSSE: de eo fertur/ ꝙ eloquentiam dat & honorē/ & gratiam ualet contra hydropiſim.

CAP. CCCCLXIII.

Apis kamaz ſecūdū albertū/ eſt lapis frequenter albus ín toto uel in parte: uarius eſt in colore, & frequentiſſime ínuenitur ímmixtus onixinio: uirtus q̄ eiꝰ fertur ex ímaginibus & ſcripturis q̄

inueniuntur in ipso & ex sigillis
Lapis ligurius quid est lege lapis lincis

CAP. CCC CLXIIII.

Apis liparis secūdū albertū est lapis qui frequentius in libia inuenitur: POSSE. fert enī uirtus huius lapidis mirabilis esse: omnis enīz bestia a uenatoribus & canibus infestata currit ad eū & ipsum intuetur quasi patronum & ut ayunt canes & uenatores non possunt nocere bestie gladio q̄diu lapidem hunc habet presentem, hoc īdez confirmatur per atabarī in lapidario suo.

CAP. CCCCLXV.

Apis melochites quē quidā melonithen dicunt secundū albertum, lapis est arabicus grosse uiriditatis: sed non transłucidus sicut smaraldus: & ē mollis. POSSE. fertur, q̄ uirtutem habeat custodiendi gestantez se a nociuis casib9 & super cunabula infantiuz: hoc aūt ayt in lapidario suo Enax.

CAP. CCCCLXVI.

Apis menphithes secunduz albertum, est lapis a ciuitate egipti que menfis uocatur qui dicitur ut ignis calere, uirtute quidem non actu: POSSE. hic tritus & in aqua mixtus in potu detur urendis uel secandis, quia inducit īsensibilitatem ne sentiat cruciandus; hoc idē ayt Euax in lapidario suo,

CAP. CCCCLXVII.

Apis magnesia, quē quidaz magnosiam dicunt secūduz albertum, lapis est niger: & ipso frequēter utūtur uitrearii: POSSE: hic lapis distillat & fluit in magno & forti igne, & non aliter: & tunc immixtus uitro ad purpureitatem ducit uitri substantiaz hoc idē Atabari dicit in lapidario suo.

CAP. CCCCLXVIII.

Apis mādasida uel marchasita secundum albertum, est lapis habens multas speties coloruz, quia colorē accipit cuiuslibet metalli & dicitur marchasita argentea & aurea & sic de aliis metallis, metallum tamen quod colorat cum nō distillat ab ipso, sed euaporat in igne & relinquitur cinis subtilis & hīc lapis not9 est apud alchimicos: & in multis locis inueītur: hoc similiter enax in lapidario suo dicit.

CAP. CCC CLXIX.

Apis nisi Albertus, dicunt aliqui hūc esse de genere lapidū: & inuenītur i capite bufonis: & sunt duo genera, unus subalbidus sicut si lac intrauerit in sanguinem & uincit eum: & ideo sāguis obscuras uias in eo dicunt apparere: & alius est niger, & aliquando pingitur in eo bufo splis pedibus & ante & post: dicunt etiā q̄ si ābo simul īcludātur p̄sēte ueneno eos adurere manum tangentis, p̄bationem autem lapidis esse dicunt, q̄ exhibitus bufoni uiuo bufo elieuatur contra eum & tangit ore si pōt: dicitur etiam q̄ presente ueneno uarī9 efficitur quī subalbidus est: hoc silīter enax dicit.

CAP. CCCCLXX.

Apis onix secundū albertū, gēma p̄hibetur nigri coloris, inuenitur melius genus esse nigrum albis uenis uariatuz. uenit autem de yndia & arabia: īuenitur autem quinq; diuersitatum propter uarietatem uenarum & colorum: ferunt si sardius sit p̄sens ligatur onix: & etiam suspenditur a nocumento: hec autē oīa si habet profecto ideo habet quia habet

uirtutes mouendi melancoliaʒ precipue in capite: ex motu enim illius cū uapore omnia iſta procedunt: dicunt aūt quidā onix onichinuʒ eſſe q̄d ueriſimile eſt: uel q̄ ſit alia ſpecies eius: ſed colore non eſt niger niſi aliquando, ſed colorem habet ut unguis hūanus ſʒ ī onichīnis noſtris inueniuntur multi colores: albi nigri & rubicundi: qui tamen omnes ī ſubſtātiā quandam fricantur, que ſimilitudinē ex primit unguis hominis: Ayunt etiam q̄ ex lacrima arboris que onica dicitur indurata ī lapidē generatur: et dicūt hanc cauſam eſſe q̄ odoriferus eſt in igne: hāc etiā cāʒ inquiunt eē q̄ frequentius aliis depictus imagnibus mirabilib9 inueītur quia lacrima a prīcipio mollis facile formabilis pingitur: & pictura retinet q̄do in lapidē īdurata coagulatur: hūc lapidē dicunt inſenſibiliter intrare in oculū & hoc eſſe mirabile: & ego uidi ſaphyrum intrare in oculū: & lapidē galli: & quēdā alium cuius nomen ignoraui ſine oculi leſione: politus enim & tenuis non ledit oculum niſi tangat aciem ſeu pupillam oculi ſenſibilem: & foramen Vuee.

POSSE. Ayunt q̄ collo uel digito ſuſpenſus excitat triſtitiam & timores & ī ſompno fantaſias terribiles: & multiplicare fertur lites & triſtitias: dicitur q̄ auget ſaliuam pueris.

CAP. CCCCLXXI.

Apis obtalmius ſecundum albertū eſt lapis ab obtalmia dictus, cuius color nō noiatur, forte ideo q̄a ē multop̄ coloruʒ. POSSE. ualere dicitur geſtāti contra omnes males morbos oculorum, uiſus aūt circūſtantiuʒ dicitur obcecare, & ideo etiaʒ patronus uocatur, geſtātes enim eū q̄ſi inuiſibiles reddit hoc ſiliter ayt enax.

CAP. CCCCLXXII.

Apis orites ſecūdū albertuʒ habʒ tres ſpecies: quaꝝ una eſt nigra & rotonda: alia uiridis maculam habēs albā tertia cuius pars altera eſt aſpa: altera plana: & eſt color eius quaſi ferri lamina, & talis etiam eſt diſpoſitio corpis eius de quo fertur q̄ unctus oleo roſaruʒ & geſtatus preſeruat ab aduerſis caſibus: POSSE. dicit ualere morbis peſtiferis & reptilium morſibus: dicitur etiam in phiſicis ligamentis q̄ appenſus mulieri prohibet ipſaʒ impregnari: & ſi pregnās eſt aborſum facit.

CAP. CCCCLXXIII.

Apis orfanus ſecundū Albertum eſt, qui eſt ī corona romani imperatoris: non ūq̄ alibi uiſus ē: ꝓpter quod orfanus uocatur: eſt autem in colore q̄ſi uinoſus ſubtilem habens uinoſitateʒ & hic eſt ſicut ſi candidum nimis micans penetraret in rubeum clarum uinoſum & ſit ſuperatus ab ipſo: eſt autem lapis plucidus: & traditur q̄ aliquādo ī nocte fulſit, ſed nūc tēpore noſtro nō micat in tenebris: POSSE. fertur aūt q̄ honori conuenit regali: hoc ſimiliter ayt Enax.

CAP. CCCCLXXIIII.

Apis panterus ſecūdū Albertum eſt multos habens colores & ī uno corpe lapis nigrum uidelicet uiridez: & rubeum: & alios multos: īuenitur autem pallidus purpureus & roſeus. POSSE. fertur autez fuſcos efficere uiſ9: īueītur autem ſecundum plurimum in yndia: debet geſtans reſpicere ad ipſum in mane, oriēte ſole & fit efficax & uirtuoſus, tot aūt uirtutes dicitur habere quot colores habet: hoc ſimiliter ayt enax.

CAP. CCCCLXXV.

Apis peanithes ſecūdū albertum ēlapis granatus de michedō & ē feminī ſexus. POSSE. certo tempore dicitur cōcipe & parere/cōſimilēlapidez & ualere ayunt pregnantibus.

CAP. CCCCXXVI

Apis pīrithe uel peridonius ſecundum albertumīē lapis colore fulgens ut ignis: POSSE: dicitur autem ualere contra arteticam mirabiliter: & refertur ď illo lapide q̄.ſi ſorti9 ſtrīgatur manu manū aduret:uult ergo leiter & pauide tangi:& ego ipſum exptus ſū ſepius:dicitur autem de genere iſto alia ſpeties eſſe que dicitur eſſe criſolito ſilis niſi quia maioris uiriditatis exiſtit

CAP. CCCCLXXVII.

Apis praſſius ſecūdū albertum eſt lapis qui 'eſt mater & palatium ſmaraldi/ē autē uiridis coloris habēs uiriditatem ſicut praſſium: inuenitur autem aliquando cum rubeis guttis:& aliq̄ndo cum albis: Eſt alia ſpeties iſtius lapidis qui inueītur cū guttis aureis/& uocatur criſopaſſus & rarius inuenitur: & ideo carior exiſtit/p quo lege lapis criſopaſſus: POSSE. expertum eſt autem/q̄ confortat uiſum & quaſdam iaſpīdis/& quaſdam ſmaraldi habet operatiōes:hoc ſimiliter ayt Enax.

CAP. CCCCLXXVIII.

Apis quirin ē lapis ſecundū albertum/qui inuenitur in nido upupe/aliquando que tota eſt auis preſtigioſa & augurialis ut dicūt magi & augures. POSSE. eſt autem hic lapis proditor ſecretoꝝ:& fātaſias p̄mouēs/ſi ponatur ſupra pectus dormientis/ hoc ſilīter ayt Enax:

GAP. CCCCLXXIX.

Apis quādros ſecundum albertum eſt lapis q̄ aliq̄do īuenitur in cerebro uulturis POSSE.uirtus eius fertur eſſe contra quoſlibet nociuos caſus:& replet mamillas lacte hoc ſimiliter ayt Enax.

Lapis raqnay & olchitis ſecūdū albertū eſt idem quod bolus armenic9/eſt autē lapis ſubrubeus: POSSE. huius autem lapidis uirt9 pro certo expta ē cōſtrctia uentris & precipue conſtrictīa ſanguis diſinterie & menſtruorum pro quo lege canarmenum

Lapis bolus armenicus idem q̄ď ſupra

CAP. CCCCLXXX.

Apis ſaphirus ſecundū Al. eſt lapis ualde notus/ſecūdū plurimum eius ueīnt ab oriente & yndia: Inuenitur & in ypidomio apud podium prouintie regionē & ciuitatē:ſed nō ē adeo p̄cioſ9 ut per omnia ſit ſimilis orientali:ē autē coloris perſpicu9 ſicut celum ſerenatuz ſed uincit in eo flauus color:& iō melior qui eſt non ſatis perlucidus:optim9 aūt qui habet nubes obſcuras ad rubedinez declinantes:Inuenitur etiam bonus qui albidas habz nubeculas: ſilīter ſ̄ba ſua ſit ſicut nubes fuſca trāſparēs aliq̄tulū/ POSSE. uirtutes ego uidi q̄ atraces duos fugauit ayūt etiā hūc lapidē hoīez caſtum reddere:& interiorem ardorem refrigerare:ſudorem reſtringere: dolorē curare frontis & lingue:uidi ego unum ī anulo portare:& ſordes ex oculis purgare:ſed ante uult poni in aqua frigida & poteſt ſilīter:qď autē dicūt q̄ amittit uirtutem & colorem poſtq̄ antracem curauit falſum eſt:dicunt etiā q̄ corpa uegitat:& paces conciliat:piū & deuotū ad deum efficit & animū in boīs firmat hic etiam ſyrtites a quibus uocatur eo q̄ in littore ſyrtium inueniatur

CAP. CCCCLXXXI.

Apis ſardonis ſecundū Al. eſt lapis quē quidaꝫ ſardoicē uocant, eſt compoſitus ex duobus ſardio uidelicet & onice: Eſt ergo rubeus et hic color eminet ex ſardio: eſt etiā albus & niger & colorem unguis ꝓferens ex onice: laudabilior autem eſt qui hos colores hꝫ magis diſtinctos: Inuenitur aūt quinq; modis aut pluribus ꝓpter diuerſā colorꝫ mixtioneꝫ; & frequentius inuenitur in ĩdia; & arabia. POSSE fertur luxuriā expellere & caſtum reddere & pudicum eſt tamen maxima huius uirtus ĩ hoc ꝙ cum onichius nociuus ſit, hic nocere non poteſt ſardum in ſubſtantia habēs admixtum.

CAP. CCCCLXXXII.

Apis ſardius ſecunduꝫ. Al. eſt lapis ab antiquiſſimo inꝰ ꝓcioſos lapides memoratꝰ eſt autem habens ruborem ſpiſſum cum ſba ꝓuia ſicut ſi ꝓuietas ymaginetur in rubea terra: Et ſecunduꝫ hanc diuerſitatem inuenītur q̃ũq; modis ita ꝙ aliquis nihil habet de paruietate & forte ille matrix eſt aliorum & domꝰ in qua generantur: i ſardis autē ciuitate repertus eſſe dicitur & ſic uocatur. POSSE. ayūt hūc lapidē accēdere aīm ad gaudium & acuere ingenia: & ꝑ uirtutes contrarias ligare, onichiuꝫ hoc ſimiliter ayt Enax.

CAP. CCCCLXXXIII.

Apis ſarda & alii dicūt ſardo ſecundum albertum, eſt lapis qui ſe habet ad tabulas ligni, ſicut magnes ad ferrū: Et ymmo adheꝛꝫ ita fortiter tabulis nauium ĩ mari ut a tabulis euelli nō poſſit niſi abſcindatur cum ipſo ea pars tabule cui adheret: eſt autem in colore ꝓraſiꝰ hoc eſt uirens hoc ſimiliter ayt Enax.

CAP. CCCCLXXXIIII.

Apis ſelenite ſecūduꝫ Al. ē lapis ꝺ quo uaria referūt, dicunt enim quidā eū naſci in quodam genere teſtudīs indico & eſſe uarium: dicunt q; hunc ēē uirentem & ĩ perſide partibus freq̃ntiꝰ inueniri ſiue in arabia ut inquit Plinius dicunt autē hunc creſcere luna creſcēte & decreſcere luna decreſcēte. POSSE geſtatus autem fertur conferre preſētiā quandam futurorum ſi ſub lingua portetur precipue prima luna & decima exiſtente: dicunt etiam ꝙ mane prima lūa tantuꝫ habet uirtutem in prima hora decima autem exiſtente luna in decima hora & modus diuinationis eſt ꝙ cum ponatur ſub līgua & cogitetur de aliquo negotio utrum fieri deceat aut non. Et ſi fieri deceat corde tenetur & ifigitur ita ꝙ euelli non poſſit: & ſi fieri non deceat ſtatī cor deſiſtit ab ipſo: fertur etiam ꝙ curat languentes ptiſicos & debiles: hoc etiam ayt Yſaac beniamin.

CAP. CCCCLXXXV.

Apis ſirius ſecundum Alb. ē lapis a ſiria dictus ut dicit yſidorus: & eſt lapis qui ĩteger natat: & comminutꝰ fluctuat. cuius cauſa ē quia integer poris aerem continet qui euaneſcit a puluere cōminuti lapidis. hoc ſiliter ayt Enax.

CAP. CCCCLXXXVI.

Apis ſarcofagus ſecundum Albertum eſt lapis deuorās cadauera mortuoꝝ: grece enī ſarcos ſonat caro, fagos autem comedere: antiqui autem aliqui de hoc lapide prius fecerunt archam mortuorum eo ꝙ in ſpatio. xxx. dierū cadauera conſumūtur, ob hoc aūt noſtra monumēta lapidea ſacrofagi ſūt uocata hoc ſimiliter ayt atabari.

CAP. CCCCLXXXVII.

Apis ſamius ſecundum Al. eſt lapis a ſamo inſula in q̄ inuenitur dictus: hoc autez lapide politur aurum:

POSSE. fertur autem q̄ portatus uertiginem ſedat: et mentem ſolidat: habere autez hoc uicīū dicit q̄ alligat9 in coſſa parturientis impediat partum: hoc ſimiliter ayt Atabari

CAP. CCCCLXXXVIII.

Apis ſuccinos ſecunduz al. eſt lapis crocei coloris quez greci electiō uocāt. inuenitur enim trāſlucens ſicut uitruz uocabulum habz a materia quia a ſucco uel guma arboris naſcitur que pinus uocatur: lambra uulgariter uocatur:

POSSE. cōfricatus autem trahit folia & paleas & fila ſicut magnes ferrū dicūt autem q̄ confert portantibus ſe caſtitatem: de expertis autem eſt q̄ fugat ſerpentes: pregnantibus autem ualere dicitur ad facilem parturitionez hoc ſimiliter ayt Enax.

CAP. CCCCLXXXVIIII.

Apis ſpecularis ſecundum albertum ē lapis ad modum uitri perſpicuus: Dicitur autem in hyſpanoruz urbe ſegōdia primitus inuentus eſſe Ego autē uidi illum habundātius inueniri ītq̄ q̄ currus īde onerantur ī diuerſis ptib9 theotonie: & uidi etiam in gallia īueīri cum gipſo quia eſt gipſi extremitas q̄dā effuſus autē ſcinditur in quaſlibet ptes tenues: & fiunt inde feneſtre ſicut de uitro niſi quia loco plumbi oz ponere lignum. Sunt autem tres ſpecies eiuſdē una uidelicz lucida ſicut uitrū alia nigra penitus ſicut atramentum tertia citrīa que uocatur auripigmētū uel arſenicuz quod clarius ē & nobilius.

CAP. CCCCLXXXX.

Apis topazion ſecundum Albertum ē lapis ſic uocat9 a loco ſue prime inuentionis que fertur uocari topaſis īſula: & qa auri ſplēdōrem protendit: ſunt autem due ſpēs ī hoc genere lapidis quorum una ē ſimilis in omnibus auro & eſt precioſior: alia eſt croceū magis tenens colorem q̄ auri & hec uilior eſt.

POSSE. expertum eſt in noſtro tēpore q̄ aqua buliente ſi īmittatur ita ſicut defertur facit q̄ ſtatim manus immiſſa extrahitur ſine leſione: & hoc fecit pariſius unus de noſtris ſociis: Dicunt etiam q̄ ualet contra emoptoicam & lupatiam paſſionem: hoc autem certū eſt q̄ ſpeculum eſt lapis iſte & idolum obiectī corporis ſicut ſpeculum cōcauū in uiſum repreſentat. Et naſcitur in orīncho hunc cum aliquis tenet ī manu dextra cōtra ſolē radios emittit & ignē euomit ut uidens miretur naz qui eum portant circa ſiniſtrum brachium omēs turbas cōtēpnit: hoc locuſte & grandines a fructib9 remouētur: & ardore ueneris deferueſcere facit.

CAP. CCCCLXXXXI.

Metacarpium .i.pecten manus
Metallum quoddam eſt minerale & illa ſunt plura metalli quia ſunt .vii. genera ſcilicet aurum :argentum:plūbū: ſtā. nū es:argentum uiuum:& ferrum:& illa ſūt metallica corpora:& omnium iſtorum materia eſt argentum uiuuꝫ & ſulfur:ut philoſophus quarto metheororum : Et eſt aliud metalluꝫ quod fit artificialiter ex mixtione aliquorum ſupradictorum metallorum & de iſto fiunt campane & alia uaſa
Metacenſis .i.deriuatio humorum
Metas meretica.i.feruentia
Metafrenon .i.poſteriora dorſi: Caſſius felix cap.de tuſſi & ī pſalterio greco,ubi noſtrum habet poſteria dorſi ipſū habꝫ mentafrenon.
Metalon .i.metallum
Meta ſinterica .i.recorporatia
Meta frenum.i.partes pectoris ubi terminant.xii.ſpondilia
Methacaphora īterpretatur trāſdelatus ut epilenticus dum eſt in actione
Methaphora .i.ſimilitudo
Metrameſir .i.pulegium ceruinum
Meth .i.ſtorax
Methomania p̄focatio matricis, quoniā eſt quaſi mania eius
Methodus .i. regula uel doctrina ,inde methodicus .i.doctrinalis uel regularis
Methon .i.papauer
Methoſmectica.i.diaforetica calida
Metron .i.matrix
Metroticum ideſt inſtrumentum ,quo medicina in matricem inititur: Caſſius felix cap.de precadente matrice
Metron afrodis.i.eraclea
Mezaurum eſt ius.i.cibus liquidus

CAP. CCCCCXLVII.

Ezaharah .i. tapſia quidam dicunt q̄ eſt mezereon aliq dicūt q̄ eſt elacteriū ſecūdū ſera.li.aggre.cap .mezaharā eſt planta qui reperitur in india cuius cortex exterior habet iuuamētū ī medicina in doloribus iuncturarum & eſt in foliis huius plante illud qđ diximus in arbore agre & hec q̄do ponit ī flumīb⁹ inebriat piſces & melior ex eo ē illa que habet ſubtileꝫ corticem & in ſapore ei⁹ eſt acuitas q̄a:& doſis eius ſimplicis cū zucaro eſt aureus.i.
Mezeurima .i.mezereon
Mezenella .i.camomilla

CAP. CCCCCXLVIII.

Ezgreh ara.gre. lepnia latīe magra uel mogra: SERA. li. aggre.cap.mezgreh auct. dyas.ex ea ē q̄dā q̄ defertur ex terris ſinos:& melior ex ea eſt grauis denſa cuius color non eſt diuerſus:& eſt ſicut color epatis aut ſanguis nō habens lapidem:& q̄do ponitur ī aq̄ diſſoluitur facile & creſcit:Illa uero magra q̄ utūtur carpētarii ē ex debilioribꝫ opatioibꝫ q̄ illa que defert ex ſinos:& ex babiloīa & melior que facile teritur: Colligitur uero in capadotia in ſpeluncis diſtillans & affertur uenalis in ſinopidā ciuitatem unde & nomen accepit:Et ideꝫ auct.gal. in ſapore ipſius eſt ſtipticitas ūde uirtus eſt eius deſiccatiua:& quando ſorbetur cum ouo aut fit criſtere cum ea ſtringit uentrem:unde habet uirtutem ſtipticaꝫ & deſiccatiuam : & gluctinatiuam : & quando miſcetur ī emplaſtris cōſolidat uulnera recētia:& īgreditur īcōfectioīb⁹ trociſcorum deſiccatioꝫ & cōſtrictioꝫ uentris:& quando ſorbetur ī ouo ſorbili aut fit criſtere cum ea ſtringit uentrem & propinatur ī potu in dolore epatis:& datur ī ouo ad ſputū ſāguis ad uenenūq̄ Paulus cap.de mogra:Mogra ſinopida eſt fortior boloromano:& luto ſigillato & iō ingreditur īconfectiōib⁹ ūguētoꝫ & occidit uermes in uentre:Bulcaſim Eben Aben azarin li.q dicitur ſeruitor cōburitur mogra ſicut bolus armenus
Miacantus .i.ſparagus
Miacanta .i.ſpargula

Miamir.i.x.tractatuū inde liber miamir ideſt de decem tractatibus
Miafile .i.ſtorax kalamita
Miagręce.i.muſta ſed mia ara.eſt ſtorax & mia ſimiliter eſt muſculus ſpetialis
Miagus plinius eſt herba feculenta cum foliis ſimilibus rubee cum ſemīe oleoſo ex quo fit oleum
Mielon elafui .i.medulla ceruina
Miemix .i.criſomola
Mier .i.capra
Mieſuf .i.polium montanum
Miopone .i.pſilotrum
Mioponei idem quod ſupra
Mion .i.meu
Miopie dicūtur qui prope ſunt uidētes ea que de longe non uident
Mioſos .i.glis
Miolas .i.fiola
Miocephala .i. uidens muſcas ante oculos
Miomas ideſt herba mihi ignota ut in alexandro
Miota idem quod ſupra
Mioſcais .i.auricula muris
Miuberigi .i.ſtafixagria
Miuterigum .i.mala pſica
Miba muris .i.cicuta eſt
Mibae idem quod ſupra
Mib .i.lac
Micharia herba eſt ſecundū dyas.& la. uocant ipſum ſpondilion
Micantus .i.ſparagus

CAP. CCCCCXLIX.

Ichad SERA.libro aggre. cap.michad ſūt uene arboris granati ſilueſtris q̄ naſcitur ī ſeni ultra mare & ī coraſcē & ſunt uene groſſe albe colliguntur in albacumine & eorum mala granata ſūt ſicut granata domeſtica in prīcipio eoꝝ ortus:& color eorum ē inter rubedinē & uiriditatem & intra malum eius ſunt grana rubea rotonda in magnitudine ſeminis lentiſci.& dimittūt ea in cortice ſuo:& q̄ndo egent eis extrahūt a cortice & eſt ca. & hu.in ſecūdo:augē ī ſpmate & corroborat coytū.& ē bon' podagre quando teritur & conficitur cuz aceto & linitur ſupra ipſum:& cōueīt ſpaſmo & mollit duritīes iunturarum:
Mihanch .i.ſpagi
Miclata eſt cibus factus ex pane azimo cum oleo;iſtud uocabulum ponit Auic. primo canone fen.iiii.cap.xi.
Micete .i.fungus
Michete ſunt homines ueloces & latine uocantur curſorii
Michefol .i.apium riſus
Mikete .i.fungus
Miconium.i.papauer,& ē albū & rubeū quando ſimpliciter ponitur de albo intelligitur:pro quo lege chaxchax
Microtera .i.cozula uel criſomola
Microſia .i.ꝓuitas pulſus
Micros.i.puum inde microtegni & microcoſmus
Midian .i.cimbalaria
Midriaſis .i. dilatio pupille:& eſt maior q̄ platicoriaſis
Migra quid eſt lege xencua
Migati idem quod ſupra
Miach .i.ſtorax
Miaha idem quod ſupra
Miaſur .i.abrotanum
Mifunti .i.folium
Mifunſer .i.pulegium
Mifunſeri idem quod ſupra
Milax que cinichofons nominatur ſilis ē edere tenuioribus foliis duo eiꝰ genera dicuntur alteruz comantibus acinorum cornibus : alterum genus culta amara nullius effectus plinius
Mila .i.mala
Milagrafico .i.atramentum ꝓctorū
Milangina.i.ſine igne maceretur
Milea .i.arbor mile uel malum
Mileſion .i.ſpecies alciomi
Milia indica .i.citrum
Milia perſica .i.perſicum
Mileos .i.fraxinus
Millefolium quid eſt lege minofolos
Millemorbia uel milmorbia herba ſicaria & ſcrofularia caſtrāgula uel urtica mortua eo ꝙ folia urtice ſimilia habz nō tamen urentia

Mili .i.mala/
Miliaria herba eſt quā milium uocat Plinius/
Miliduris eſt mola matricis naz grece milos mola uocatur/
Milimandrum .i.iuſquiamus/
Militis lothos .i.molaris lapis
Milium ſolis .i.grana ſolis/
Milium quid eſt lege docher/
Militrum .i.ſinapis
Milium ſolis.i.cauda porcina & quid eſt lege culb/
Miliares.i.ſerpentes quoz color ꝓpter citrinitatem eſt quaſi color milii/
Militen .i.uinum de citoniis/
Milmon .i.fraxinus/
Milicum .i.ſinopſida
Miloplacentium .i.meloplacenta/
Milotida eſt tenta cirurgicorum/
Milos grece mola ide milon .i.molēdinū nide amilum quia ſine mola fit/
Milops .i.medulla/
Milto .i.ſanguis/
Milto grato .i.ſanguis yrcinus
Milto draconis.i.ſanguis draconis hoc uocabulum ponitur in antidotario uirili ideſt pauli apoſtoli dicto antidoto/
Mimiar .i.ſiſeleos/
Mimiae .i.faſeolus/
Mimiaer idem quod ſupra/
Mina eſt pondus lib.i.& q̄rte ſz ſecūdū alios eſt pondus centum.z.
Minaballanus .i.ballania repſico/
Minera .i.celidonia/
Minhe .i.menta/
Minhei idem quod ſupra/
Minium eſt color ſcriptorum & quid ē lege cinabar/
Minchi.i.bruca & ē tamariſcus agreſtis/
Minthi .i.nepita/
Minci idem quod ſupra/

CAP. CCCCCL.

Inofilos gre.:latīe millefoliū/ DYAS.cap.minofilos naſcitur in paludeſtribus locis tyrſum habet ex una radice mollem & ſubrufum & quaſi manibus limatum:& folia ſimilia feniculo:Plinius minofilon noſtri millefoliū uocāt/caulis eſt tener ſimilis feīculo plurimiſq; foliis unde & nomē accepit: Naſcitur ī paluſtribus herbam ipſam naſcentē tenuem a lateribus capillanicis foliis eximi uſiſq; &ce.tera: POSSE.DYAS. uulnera gluctinant & ſine tumore cuſtodiunt:in dentium dolore cum butiro imponūtur in modū ēplaſtri/cōtra urīe difficultatē bibitur cū aceto,& ualet contra calculū/ GAL.vii.ſim.phar.capitulo millefoliuz ſiccatiue eſt uirtutis intantū ut cōſolidz uulnera/
Minon.i.nux,inde confectio diaminon ideſt confectio de nuce
Minutum thus .i.manna thuris/
Minutarb .i.ꝓſilotrum
Minuſel .i.praſſium/
Miracata .i.ſalſitia/
Mirach.i.aggregatio cutis ,que ē ſuper uentrem/
Miracopium .i.calidum/
Mira ſolis .i.cataputia/
Miragēnat eſt quedam ſpecies cibi/
Mirra grece.i.odorifera uel redolentia unguēta mirra.i.odorifera ide mirracopium odoriferum,mitigatiuū Alexāder cap.de unctionibus ad frigiditatē ſtoāci/
Mirdane .i.mezereon,
Mirna ſtacten eſt,quōd ex mirra huīda exprimitur. DYAS.cap.de mirra/ſed mirra melius ſcribitur,

CAP. CCCCCLI.

Irra latine,arabice hec: gre. ſmirna uel achāt9: ꝓSERA. li.aggre.cap.hec auct.dyas. mirra eſt gumī arboris que naſcitur in terris arabum ſimilis arbori que dicitur in greco ſpina babiloīca/ſiūt nam ſciſſure īn ligno arboris ūde egreditur gumi quod emanat cadens ſuper ſextoria que ſternuntur ſub arbore: & quedam per ſe coagulatur ſup ſtipitem/ & eſt de īpſa res que dicitur bacātiſcus ſiue bathanaſas & groſſa ē a q̄ egreditur meth.i.ſtorax liquida/quādo exprimitur

ſicut apparet i.l.melahac: & dicit̄ myr-
na ſtacten, & eſt de ea q̄ dicitur anizen
ſiue aizem & eſt pinguis multū: & arbor
eius eſt in terra que dicitur ptinia & eſt
pīguis: & quando exprimitur ſucus ei9
egreditur uelut ſtorax multuz: & melior
mirra eſt illa que dicitur tarhalud: &
cāchi: & noīatur hoc noīe eo q̄ defertur
ex terris que dīcuntur ſic: & color eius ē
ad uiriditatem tendens pungēs linguam
clari coloris: & ex ea ē q̄ dicitur liti & ē
litagluthichi: & eſt mollis tactu ſicut
bdellium in odore ſuo eſt pinguedo: &
arbor eius eſt in locis ſoli expoſitis: ex ea
eſt que dicitur poaclis: & eſt aſpa multū
nigra & apparet in ea ueſtigium ignis: &
deterior eſt illa que dicitur argalin & ē
leuis non pinguis acuti ſaporis ſilis gumi
arabico in fortitudine & uirtute: & ex
mirra ē q̄ dicitur crumu ſiue amini & ē
mala. & fiunt quidā trociſci ex ſubſtāt iis
mirre: & ſi mirra pinguis fuerit trociſci
q̄ ex ea fiunt habent bonum odorem &
pīguem & ſi non fuerit pinguis quod
fit ex ſubſtantia eius non habet bonum
odorem neq; pinguem & habz uirtutez
debilem propter qđ admiſcetur ei oleuz
quando ex eo fiunt trociſci: adulteratur
mirra quādo admiſcetur ei gumi quod
infuſum fuerit in aqua mirre: & melior
ex mirra eſt noua leuis munda q̄ quādo
tangitur eſt aliquantuluz aſpa & arida
& cito frangibilis: & quando frangitur
remanz ī eius fractura res alba: & figura
eius eſt ſicut figura unguium & que eſt
in fruſtra non parua: & color eius eſt
uniformis nō diuerſus ī exteriorib9 eius
ſed interius eſt trahēs ad rubedinē paz
cum lineis ſubalbidis ſicut diximus: &
odor eius eſt delectabilis amara catarri
ſedatiua: ſed illa que ē grauis cui9 color
eſt ſicut color picis nō ē alicui9 utilitatis
Sed mirra que eſt ex terra que dicitur
labotero abſcinditur ex radice arboris q̄
eſt in terris illis: eligītur enim ex ea illud
qđ ē ſimile mirre in odore: & uirtus ei9
ē calefactiua & mollificatīa & reſolutīa
& īgreditur ī confectionibus ūguentorū
GAL. viii. ſim. phar. capitulo de mirra: ī
ſapore eius eſt de ſapore amaro quātitas
non pauca: & uirtus eius eſt que calefacit
& ſiccat in ſecundo gradu. POSSE.
SERA. auct. Albugerich mirra cōueīt
ad aquam citrinam quando ſumitur ex
ea in potu aut fit emplaſtrum cū ea ſup
uentrem: & quando fit caput purgiū cuz
uno anoch ex ea, mundificat cerebrum
& aufert ab eo uentoſitates groſſas: &
incoriat gingiuas & confirmat dentes:
& eſt bona colice quando fit linitio cuz
ea: GAL. mirra abſtergit cuz tēpamēto
& gluctinat fragmenta oſſium capitis &
occidit lumbricos: & fetum: expellens
eos: & ingreditur ī cōfectioīb9 collirioꝝ
que fiunt ad ulcera oculi & ad maculas
que fiunt in eo: & in medicīs q̄ bibuntur
ad tuſſim antiquam: & ad aſma: naz ipſa
non exaſpat cannam pulmoīs: & hoc qa
non calefacit neq; deſiccat calefactione
& deſiccatione forti: & ſine ſuperfluitate
ſue amaritudinis & ſue abſterſionis: eſt
alia mirra que trahitur a radice arboris
huī9: & uirtus ei9 calefacit & mollificat
& reſoluit.

Mirra trochiten .i. rotonda nā trochos
ideſt rotondum.

Mirta lepita .i. mirte cime.

Mirica .i. geneſtra.

Miricen tamariſcus.

Miriſilon .i. millefoliuz.

Miriſe .i. ungere.

Miriſmata. i. odoromenta timiamata.

Miriſtica .i. redolentia odorifera, inde
karea miriſtica .i. nux odorifera .i. nux
muſcata.

Miris dyas. mirra dicitur foliis & haſtis
ſimilis como eſt radix oblonga & mollis
& odorata apta ad edendum.

Mirmis .i. formica inde mirmidones uel
mirmicelon .i. oleum formicarum.

Mirmicolemia .i. lac formicaruz.

Mirmiceas. i. uerruca in cute: qđā dicūt
& melius q̄ eſt puſtula pua que uocatur
formica.

Mirmimita. i. arena que fertur ā mecha
& confricatur ſuper manū & ī ea intrat
& non apparet & inde fit etiā unguētuz
quod dicitur manuum penetrabile.

Mirſmi .i.mirta
Mirſme .i.mirte folia
Mirſmei idem quod ſupra
Mirticen uel cariſticen.i. ſecūda ſpeties titimalli a q̄ oritur fructus que dicitur nux uomica
Miros .i.fimus
Mirabolani a plinio uocātur grana ben alibi tamē de mirabolais loqtur & dicit qꝫ ſi colligantur anteq̄ matureſcāt nullū ligneum intus habent & quid eſt lege halilig
Miropola .i.unguentarius
Mironitis eſt herba nobis ignota ut in alexandro
Miroſodes eſt ſpeties.vi.titimalli
Mirul .i.ziman
Mirtus quid eſt lege des domeſtica
Myrtus ſilueſtris.i.cubebe
Miſagarach.i.coquinatuꝫ quod fit ſine carne
Miſaluis.i.acualis & ſic dicitur ad ſimilitudinē cuiuſdam acus que eſt curuata in medio exiſtens groſſior & in duabus extremitatibus tenuis qua ī terra ſaracenorum utuntur ſuſellorum ſutores

CAP. CCCCCLII.

Iſeos ē genus terre q̄ carem9 aliq dicunt qꝫ ē flos eris qđ cum fregeris deintus ſtelle auree apparent inquit dyas. capitulo miſeos:Plinius capitulo miſeos glebula eſt auroſa fulgens & fragilis inter metalla inuenitur ut calcites in cipro inſula cuius fragmīa imutantur in modum ſablonis:illud uero eſt optimuꝫ quod aureo ſplendet colore & leuigatū molle eſt ſecundum tactuꝫ:& aliud hoc pallidum & leue qui cum tactus fuerit cito denigratur ſuperat eniꝫ colchotar effectu
Miſteri cōmeda.i. ſuffocatio matricis
Miſceton ſecunduꝫ alexandrum cap.de tuſſi,uocatur quedā confectio ad tuſſiꝫ frigidam
Miſi eſt genus tuberum

CAP. CCCCCLIII.

Iſch ara,grece abonaſa ſiue aboaniſa:la,muſc9.SERA. libro aggre. capitulo miſch dixit Habonhaſen ex uerbo Abulhuaſim Almaſcadi in libro auri & mineratū & margaritarū:terre ī qb9 ſūt gazelle muſci & ſunt regiones tumbaſi: & ſeni:ſunt terre confines:uerū muſcus regionis tumbaſi eſt melior muſco ſeni duabus de cauſis una eſt quia gazelle de tumbaſi cōmedunt ſpicam nardi & alias ſpeties odoriferas gazelle uero de ſeni cōmedūt alias herbas ab iſtis q̄s dixímus odoriferas tamen:eſt etiam alia cauſa,qꝫ homines de tūbaſi non extrahūt muſcū a folliculis & non adulterant ipſum cuꝫ medicīs adulterationum:preterea illa đ ſeni abſcindunt folliculos temporibus huīdis & turbidis & in aere nō cōueiēti & ſi homines de ſeni non habent res cū quibus adulterent reponūt eum in uaſis uitreis & obturant bene:& mittunt euꝫ in terras ſaracenorum in q̄ſida & in aliis regionibus babilonie ac ſi ipſe ſit de tūbaſi: Melior autem muſcus & magis redolēs eſt ille qui abſcinditur a gazella poſtq̄ ē bene maturus ī ea:& nō differūt gazelle iſte ab aliis in figura & colore & corpibus:cognoſcuntur tamē in dētibus caninis earuꝫ quia quelibet ex iſtis habꝫ duos caninos dentes egredientes ab ore ipſius ſicut egrediuntur ab ore porcoꝝ & ſunt dentes iſti ualde albi & recti, lōgitudinem unius palmi habētes aut plus uenatores quidem in terris chelech & ſeni extendūt funes & laqueos & capiūt eas: Aliquando uero ſagittant eas, & abſcindunt ab eis folliculuꝫ & ligāt eos īmaturos, quare tunc eſt in odore ſuo horribilitas,ſuſpendunt ergo eos relinquētes aliquo tempore doēc maturētur & recedat fetor eorum & mundetur in aere & aufertur ab eis muſcus bonus:& hoc contingit fructibus arboꝝ quando colliguntur ab arboribus ſuis anteq̄ matureſcant:uerum melior muſcus eſt ille qui maturatur in folliculo ſuo & eſt

completus in maturitate in folliculo ipo anteq̃ abscindatur ab animali deinde abscinditur post complementũ : & ꝓpter hoc cũ natura expellit cursũ sanguis ad folliculum illum uel chistim & cõpletur esse sanguinis in eo nocet illi aiali:& tũc uenit ad saxa uel ad aliquẽ ex lapidibus ca.caliditate solis:& fricat se multuz cũ delectatione magna donec leniatur cutis in loco illo & emanat quod continetur super lapides quemadmoduz emanat ab apãte aliquo quando apitur: & sẽtit tũc illud animal in exitu eius delectationem magnaz:quando ẽ euacuata chistis tota ab eo qđ in eo continetur tũc icarnatur & cõsolidatur:& iterũ postea colligitur in loco illo cursus sanguinis sicut fecit prio:egrediuntur ergo hoes de thebeth qui nouerunt loca ubi pascunt gazelle : & peruenientes ad saxa illa & lapides inueniunt sanguinem illũ qui desiccatus est super lapidem & saxa & colligiũt eũ & quoniam digessit eum natura in suo animali:& desiccauit eũ sol & ꝑparauit eum in aere est melior omnibus spẽbus muschi.& electior:Colligunt ergo euz & ponũt i folliculis quos habẽt ex gazellis quas ipsi uenati sunt:& seruant apud se & huiusmodi est ille muscus quo utũtur reges:& qui donatur ꝑ dono magno:& quem uendunt mercatores illi9 regiois ꝑ meliori & in tebeth sũt multe ciuitates:uerum totus muscus qui colligitur i partibus illis defertur ad illaz ciuitatem que proprie denominatur nomie totius regionis tebeth:ca. est & sic in secundo gradu aliqui dicunt q̃ est ca.in secundo sic.in tertio.POSSE.SERA.auct abẽ mesuay fortificat cor & omnia ĩteriora membra:quando bibitur aut poitur exterius i emplastris:& abstergit albuginẽ subtilem & desiccat ei9 humiditatez:& calefacit cerebrum: & desiccat quando fiunt sternutatiões cũ eo:& corroborat cerebruz :unde corroborat membra sua armomaticitate & confert sode antique que est ab humiditatibus & corroborat cerebrum:& si accipiatur de eo parum & resoluatur cũ oleo de kerui & linitur cum eo uirga iuuat ad coytum: & est in eo humiditas quedam per quam excitat coytum . AVIC.de uirtib9 cordis dicit q̃ confortat cor .

Misoxos .i.rana terrestris uẽnosa rubea .

Miteritrum.i. pessarium instrumentum uelut cristere quo inmittuntur liquores in matricẽ Paulus cap.de muliebri fluxu

Miteragum .i.mala persica

Micidatia herba ẽ quã plinius describit sed ipsam ignoro

Mitridatia idem quod supra

Mitridatum confectio magna est oibus nota

Mixmix .i.crisomola

Mixo .i.satirion

Miximar .i.fistula

Miua .i.sucus citonioruz coctus cũ uino ut sapa & fit cum spetiebus & sine

Mocasintericorũ interpretatur morb9 declinans & sanans

Mocedium .i.semen papaueris albi

Mocedon idem quod supra

Mocelium .i.polium

Mochen agria .i.pastinaca siluestris

Mocha lalhudu.i.medulla ossium

Modium est ꝑondus .xl.lib. & quatuor

Modiplion .i.apium risus

Modiplionum idem quod supra

Mogara.i.salsamenta ex aceto & sale

Mogarata idem quod supra

Mogra .i.magra

Mola.i.moli & est armel secũdũ plinium est quedam alia planta, cuius radix rotonda nigraq; que multum terre capiẽs Nam ut dixerũt aliqui cãpani si aliquot diebus effosa inter difficultates saxeas xxx.pedes longa inuenta ẽ ac ne siquidẽ solida sed abrupta folia eius sille similia florem cuius greci luterũ dicunt : Sed Homerus candidum scripsit nasciturin fenitia & in cilitia archadie & ytalia

Molatinagria .i.malua

Molibdi Cassius felix in antidotario diamolibdi .i.de plumbo

Molibdos .i.plumbeum

Molipidium .i.plumbum

Olibdena .i.plumbū uſtum & ſtercus plūbi ſed Dyas. cap.molibdena dicit qꝫ ē qñ ſi ſtercus auri uel argenti: Eſt autem utilior q̄ colorem ſpume argenti habuerit & lucida & rufa in tritura: in coctura in oleo coccineū facit colorem: foditur & in ſebaſtia & in chorintho ſꝫ melior eſt que ſigna ut ſupra habuerit: Plinius cap.de molibdena eſt ſterc9 auri & argenti que ab officinis aurificū colligitur que optima eſt que nō ē lapidoſa ſed fragilis & ſplendida: DYAS. uirtus eſt ei ut ſpume argenti: aut ſcorie plūbi loturam & cōbuſturam ſimilē ſinopide habet: miſcetur uero ēplaſtris pinguibus & ſaracoticis & cicatricem ducentibus: purgatoriis autem medicaminibus non miſcetur.

Melicoria .i.papauer
Molithia .i.malua
Molí .i.armel

Mollificatio corporis .i.debilitas in qua homo ſtat ita ut nō loquatur: neq; bene ſentiat.

Molochia .i.malua
Molochea arborea .i.altea
Molochia agria idem quod ſupra
Molonſi .i.ſerpillum
Molo .i.millefolium
Molon idem quod ſupra
Molocoria .i.papauer
Molochin .i.altea
Moloſagria .i.altea agreſtis
Molcoria .i.papauer agreſte
Molochia albacharum .i.atriplex
Molongiana .i.molongena
Moluchia .i.malua
Moluſar .i.arthemiſia
Moluſari idem quod ſupra
Monados .i.ceterac
Moniſari .i arthemiſia
Monodos idem quod ſupra
Monoramenon .i.unius diei
Monomachia .i.duellum a monos qđ eſt unum & mathos qꝫ eſt pugna q̄ſi pugna unius ad unum: inde etiam rithimachia ideſt neruorum pugna: & ſithemachia .i. pugna anime: ſithe enim anima: Item a monos qđ eſt unuꝫ dicitur fe.monoides .i. unius diei: & coliriuꝫ mono: & multa ſimilia ut in alexandro.

Monopagia in paſſionario gariponti ſi una parte capitis in acutum dolor uenit monopagiaꝫ greci dicunt ſi oculꝰ ſimul cum media parte capitis doleat & emigraneum &cetera.

Monymeron .i.medicīa cum duritie & acredine.

Mora de ſeni .i.mora rubi
Moraſion .i.ciperus
Moraſiom idem quod ſupra
Mora celſi quid eſt lege hec
Morella ſolatrum uua lupina .i. ſtrīgnū & quid eſt lege hameb
Morgellina agreſtis .i.celidonia
Morgellina quid eſt lege anagallus
Morion eſt ſpeties mādragore: ſꝫ plinꝰ ſemē mandragore: quod quidem arcen alii morido: alii ypomarton
Morriſia .i.almuri
Moripſia idem quod ſupra
Moricellum .i.celſum

Moroba .i.nutrituꝫ uel conditū: nutritū enim & conditum dicitur apud ātiquos unde Auic.dicit acorus nutritus & non nutritus .i.conditus & non conditus.

Moro .i.caro puſtuloſa addita in oculo & eſt inuerſatio palpebre.

Morudan .i.ciperus
Morbus ſacer .i.heriſipilla
Morbus lunaticus .i.epilenſia
Morbus regius .i. hycteritia, a regulo alacrito croceo.
Morbus arcuatus idem: ab arca celeſti dictus.
Morbus in quo eleuatur cutis .i. lepra.
Morſus galline uocatur a quibuſdam anagallus qui ypia uocatur qdā morgellinam uocant: unde morgellina nō debet dici morſus galline: ſed morbus galline.
Mor .i.mirra
Morgnapelli quid eſt lege napellus
Moſone miopſone .i.pſilotrum
Moſpone umoſpone idem
Motaria ſunt liceola q̄ nubibꝰ apponūt

Motarob .i.auena/
Muaniga .i.rete cerebri/
Mualep .i.afronitrum/
Mualepi idem quod ſupra/
Muchar .i.mulachlach/
Mucatum .i.fungus/
Muca .i.pars que de oculo uidetur/
Mucula oculi .i.anterior pars oculi/
Mucheita .i.ſebeſten/
Mucthe.i.pars q̄ de oculo uidetur/
Mucthei idem quod ſupra/
Mudulion .i.bdellium/
Muduan .i.ſinonum/
Muduani idem quod ſupra/
Mufran idem quod ſupra/
Mugalac .i.lac acetoſum/
Mugali .i.draco marinus/
Mugath Auic.redarguit dicentes q̄ eſt radix granati ſilueſtris & uidtur ignoraſſe qd eſſet:ego repi ī ātiqs ſinonomis exponētibus uocabula greca/q̄ mugath eſt radix granati ſilueſtris/
Mugag idem quod ſupra/
Mugali apud dyas.cap.de allio: Auic. eodem cap.eſt animal uenenoſū puſillū muri ſimile hoc nominat Auic. quarto canone fen.vi.de uenenis/cap.de morſu illius/
Muchachaem .i.pondus/
Muhali .i.afodillus/
Muhalib idem quod ſupra/
Mulachlach eſt aqua ualde turbida ex qua mulieres liniunt ſe ut redoleant: Et iō dicitur mulachlach quaſi qđ ē ifectū & turbatū:& fit ſecundū hūc modum in aqua roſarum,ponitur muſcus garioſ. & camfora:& alia odorifera multa:& fit cum iſtis aqua ualde turbida:& ſecūdū hoc uocatur aq̄ roſarū demucarro cuiꝰ deſcriptionem ponit Io.mes.ī ātidotario ſuo:& agroſo qui incipit opatio ifuſionis roſarꝝ :& aliquando ſyrupizatur iſta aq̄ & eſt optimus ſyrupus alteratiuꝰ & lubrificatiuus/
Mula .i.emula/
Mulachia .i.malua ortiua/
Mulgali .i.algaſech/
Mulſach.i.iuncta cōnexa continua
Mulſa quid eſt lege mellicratum
Mulb .i.ſcotarium/

CAP. CCCCCLV.

Vmia ē illud quod ūueītur in ſepulcris balſamatorum in quibus humor mortui cū aloe & mirra reſoluit qbꝰ ipſa corpora condiebantur:& ſimilatur pici marine:ſolebāt antiquitus corpora balſamo mirra & aloe condiri:& adhuc fit apud paganos & ſeracenos circa babiloniam ubi eſt copia balſami. SERA. li.aggre.cap.mumie:Mumie ſepultoruꝫ & eſt aloe balſamum & mirra & quod miſcetur eis ex humoribus corpis hūani/ Et idem auct.dyas .in terris q̄ dicuntur acolonie deſcendit nāq; ex mōtibus qui dicuntur flumina cum aquis: eiicit eum aqua fluminis ī ripis:& eſt coagulata:& fit ſicut cera: & habet odorem picis & aſpalti mixti ſimul:POSSE/idem auct. Raſis ex nomine quorūdā medicorum eſt bona ſode flegmatice frigide ſine materia:& emigranee & paralili & torture oris:& epilenſie & ſcotoie & facimꝰ caputpurgium cum uno grano ex ea cū aqua maiorane: & conuenit doloribus aurium/q̄ndo diſſoluitur ex ea granum in oleo ſambacino & diſtillatur in aure; & cōfert dolori gutturis q̄do diſſoluit ex ea unum kirat cum aqua in q̄ đcocta eſt ſatureia:& conuenit tuſſi cum aqua iuiubarum aut cuꝫ aqua ordei & ſebeſtē & datur ī potu ex ea ieiuno tribꝰ diebꝰ & confert cardiace kirat.i.cū aqua mēte :& confert uentoſitati inteſtinorum quando accipitur kirat.i.cū aqua cimini & carui:aut cum aqua ameos:& caſui & percuſſioni quando ſumitur unuꝫ kirat cum duobꝰ danich ex bolo armenico & uno danich croci cum aqua ſolatri aut caſiefiſtule:& datur ad ſingultū granum .i.ex ea cum decoctione ſeminum apii: & carui:& miſcetur cum oleo de ben & fit caputpurgium cum eis & ad ſqnātiā pondus unius kirat cum ſquingibin: & dolorem ſplenis pondus unius kirat cuꝫ aqua carui:& ad uenena duo grana cum

decoctione tribulorum marinorum: & foliis anuiden: & puncturaꝫ ſcorpionis pondus unius kirat cum uino puro: Et ponitur in loco puncture cum butiro: & conuenit fracture & conquaſſationibus que fiunt in interioribus corporis & exterioribus & conſtrictioni pulmonis: & eſt prope temperamentum niſi qa habꝫ proprietatem in ſedando dolores q ſūt in fracturis quando ſumitur in potu & linitur cum ea: & fit cum ea criſtere & cōuenit ulceribus ueſice & uirge: Et idē auct. Raſis quidam emittebat ſanguinē & nō poterat reſtrīgi p aliquā medicinā uſq; quo datum eſt ſibi de mumia pōd9 granorum trium cum uino & reſtrictus ē ſtatiꝫ: & quando fit cū ea ſuppoītoriū diſſolut ū cum oleo de ſambach conueīt non potentibus retinere urinaꝫ: Paulus cap. de mumia ca. eſt & ſic. in .iii. gradu teſte conſtantino licet quidam dicunt q; ſit frigida quia conſtrictiua: multa enim frigida & ſic laxant: & multa ca. & ſicca conſtringunt: AVIC. de uiribus cordis mumia ca. eſt in fine tertii ſic. in primo & habet proprietatem confortandi cor

Mum .i. cera ſecundum Auic. uerum ceram arabici uocant exſamaha & mū ut apparet per Sera. eſt ſodities quedaꝫ domorum apum quam Auic. uocat mū nigrum & greçe uocatur ꝓpolis uel cera propoleos eſt calidius cera & fortiter attractiuum

Muraba .i. conditum aliquod ſicut ro. uiole cōdite mirabolani & ceteri fructus unde aliquando ſic inueītur uocatū mel roſarum

Muradaſcon. ſic inuenitur ſecundo canone Auic. ſed in arabico murdaſefan ſcribitur qd ſit neſcio Haly abbas uero in ſecundo practice mandaſefruꝫ inter herbas deſcribit

Muran eſt cornu arbuſtū & eſt cornea & latine uocatur ornale fructus eſt qui uocatur coīter cornea

Mura .i. alemu

Muraha .i. ſuchaa

Murex .i. cochiliū marinū cuiꝰ ſāguine fit tinctura purpurea

Mureſī .i. antimonium

CAP. CCCCLVI.

Vri idem eſt qđ garus & uulgariter dicit almuria uel ſalmuria qđ eſt quaſi ſalſuꝫ garuꝫ: & modus faciēdi garꝫ eſt iſte fit garus de piſciculis paruis hoc modo ponuntur piſciculi ꝗui in aliquo uaſe habente inferius orifitium latum ſuperius ſtrictum & āguſtū: & fit lectus huiuſmodi piſciculorum uel more lecti ſternuntur in uaſe poſtea ſupperpoītur ſal & ordo quidam lapilloꝝ minutoruꝫ Itez fit alius lectus piſciculorum & ſupaſſgitur ſal & ſupponitur ꝓdictus ordo lapillorum: & ſic fit donec uas plenū ſit: tunc permittitur morari per aliquod tempus tamen explorato ſapore & iuēto garo extrahunt garum uel garus poteſt dici ſalmoria ſapida ut apparꝫ ī combin. Sed ſciendum q; garus uel muri uel almuri que idem ſunt: liquor eſt ſalſ9 quo multi pro ſalſamento utūtur & ē duorū modorum unum quod fit ex piſciculis ſalitis: & aliud quod fit ex farīa ordei & ſale facto inde pane cuius confectio ſimpliciter inuenitur in .xxviii. azarauii &cętera: aptū in enematibus criſteriorū. SERA. libro aggre cap muri: Muri eſt illud quod fit ex piſcib9 ſalſis uel carne ſalſa quod quādo proiicitur ſup ulcera fraudulenta prohibꝫ eorū dilatationem Et idem auct. gal. adminiſtratur ī ulceribus fraudulentis putridis & apponitur in criſteribus q̄ admīſtrantur ī ulceribus inteſtinoꝝ: & ad ſciaticā & ad diſinteriā Et idem auct. Aben meſuay Almuri fit ex farina ordei & eſt ca. in primo ſic. in ſecundo: ſed illud quod fit ex piſcibus ē calidius & ſiccius: mollificat uentrem & incidit flegma & confert dolori ſciatico quando fit criſtere cuꝫ eo: Et idez auct. meſarugie habꝫ ſtipticitatē & mūdificationē: & ideo fit cū eo coholī egritudīe Iedri .i. uariolis ut non egrediantur in ſatie: & poſtq̄ egrediuntur diſſolunt eas & eſt ca. in ſecundo gradu. Et idez auct.

SERA.eodem li. cap.ras dicit q̄ curat ulcera fraudulenta putrida que ſunt in ore Bulcaſim Eben Aben azarin li. qui dicitur ſeruitor: muri purgat flegma uiſcoſum & īcidit ipſū:& iuuat in colica quando miſcetur in enemate criſteris cū aliis medicinis compoſitis conueniētibus & ſumunt in cibo pro dolore ſcie qui fit a flegmate:& eſt ſubtilius q̄ ſal & q̄ ſal nitri:& q̄ aqua piſcium ſalſorū ueterum: & uirtus eorum eſt debilior uirtute ei9 & operatio eius ē in hunc modū. Accipe de farīa ordei partes duas:& de ſale p̄tē unam & confice cum aq̄ & fac focatias azimas & pone in furno & dimitte ibi doēc comburantur intus & extra: deīde extrahe a furno & diuide unaz q̄q; partē eacū in tres aut quatuor partes:& pone in olla magna munda & cooperi aqua & pone cum eo de cifilionibus palmarum plenam manum:& pone ollam in furno panis a principio noctis uſq; mane:& ſūt qui coquunt panem cum aqua ſup ignē & coquūt uſq; ad conſūptionē medietatis aque & colant & ponunt in aqua ex melle ſecundum uoluntatem eorum ad frangendum ſalſedinem eius & cōſeruāt & hoc eſt caput muri: & almuri ſunt operationes alie longe ab iſtis q̄s diximꝰ que ſunt idonee comeſtionibus regum: & non oportet eas memorari ī hoc loco modo:quia ſufficit nunc de mō iſto q̄tū ad neceſſitatem medicine.

Muricus .i.tamariſcus.

Murion.i.auricula muris:ut in alexādro de podagra.

Murim .i.auena.

Muruban .i.ſaxifragia.

Murtur .i.uermis

Mur .i.mirra.

Muſa eſt fructus quidaz ī quo peccauit primus parens pro quo lege maaleb.

Muſaguarat.i.cibariuz uel ſapor qui fit ſine carne & multis ſpetiebus.

Muſaragi.i.quando cooperitur pupilla nimis

CAP. CCCCCLVII.

Vſcata herba eſt que ſe expandit in terram: odorem habens muſci: & inuenitur maior & minor que herba ſatis aſſimilatur agrimonie.niſi quia eſt minor ea: ē alia minor muſcata que eſt minor ſuperiori: conuenit cardiace & debilitati cordis.

Muſeleon.i.oleum muſcellinum.

Muſceleon idem quod ſupra

Muſcellina ē herba facta ſicut bugloſſa, cuius radix eſt rubei coloris exterius in ſuperficie:in ſicilia liniūtur ex ea gene mulierum:& alio nomīe uocatur lactuca aſini.

CAP. CCCCCLVIII.

Vcillago eſt illud globlatū quod extrahitur a q̄busdā rebus mucillaginoſis p̄tificium:& modus extractioīs mucillaginis eſt ille ſecūdū Bulcaſiz Ebē Aben azarin libro qui dicitur ſeruitor. Accipe de bono pſillio uel de quacunq; re a q̄ mucillago debet extrahi & mūda ipſum a terra & pone ſuper ipſū đ aqua ca. libras quatuor ad unam q̄q; libram pſillii aut plus ſecundum q̄ tu uolueris pīguē eſſe mucillaginem uel ſubtilem & dimitte per noctē:& de mane calefatias parum ſuper ignem:deinde proiice eam in marſupio facto ex tela lini forti & noua groſſa & ſtringe os marſupii cum ligamento fortiter ne aliquid ex pſillio lubricet extrahe,deinde ſuſpende ipſum ſupra orifitium olle uitreate & percute marſupium ab omni parte ei9 cūz uirga lignea uel ferrea ſubtili:& qđ egreditur de mucillagine trahe mulgēdo ad īferiora cuz uirga donec deſcēdat mucilago in ollā:& fac illud doēc nihil egrediatur a marſupio:deinde diſſolue os ei9 & liga iterū magis inferius a loco in quo ligaſti prius & percute iterūcuz uirga quouſq; egrediatur tota mucillago:Nā pſillum egredietur totum ſiccum ex marſupio cum iſto artifitio: & ſecundum hanc diſciplinam fiunt omnes alie mucillagies.

Sunt autē quidā qui ponunt sup semina aquam ca. & miscent bene & premunt doēc egrediatur tota mucillago/sed primus modus est melior/

Musus .i.apium risus/

Muscus equiuocum est ad odoriferum & ad lanuginem que est in epatica: que uestit lapides maris/& uocatur muscus maris:uel lapides torrentis:& est muscꝰ aque qui facit labere pedes/& similiter ē equiuocum ad lanuginem que uestit arbores:pro illo q est lanugo le malamusch & aynech/& pro musco odorifero lege muscꝰ: Est alius muscus, qui uocatur muscus regis/& est basilicon cum foliis paruis pro quo lege medion/

CAP. CCCCCLIX.

Vs oībus est notꝰ AVIC. libro secundo cap. de mure: sanguis eius eradicat uerrucas:& stercus eius cōfert super allopitiam/& proprie linitum cuz cepe:& proprie illud quod est adustum: & exsiccatur & assatur mus & datur ad cōmedendum infanti & abscindit fluxū saliue ab ore eius: & si bibatur stercus muris cum thure & aqua mellis, frangit lapidem:& si supponatur coliriuz soluit uentrem pueri:& quando coquitur cuz aqua & sedet in ea q difficultatē patitur urine conuenit ei:& quādo mus scinditur & ponitur supra puncturam scorpionis/ sanat ipsam:DYAS/ cap. fimus stercus muris tritum & umbilico īfantiū īpoītū uentrem exponit/

Mutagenat.i.cibꝰ qui fit in aliquo uase cum lacte seminum cōmunium, & iure galline & uitellis euorum cum zucaro & spēbus factis ex cinamomo spica cubebis calamo aromatico & carui & coqt̄ in igne & appoīta super uas testa calida/

Mutagakil est nomen regis

Mutali quid est lege alfachi

Muthathalin idem quod supra,

Muzagara .i.sapor acetosus.

Muzadir in libro alchimie sepe iueītur & apud Halyabbatem muzadius & almuzadi in cap. debilitatis uisus est sal armoniacus: proprie autem apud arabes muscadem uocatur/a quo multi latini laxadran uocant corrupte/

Muzum proprie dicitur cuius sapor est compositus ex dulci & acetoso,

Muziuz idem quod supra/

SEQVITVR: DE: N:

Aam.i.strutio auis/

Nahanaha .i. menta/

Naamar idē qđ supra

Naeg .i.acorus/

Naegi idē qđ supta/

Nacsul i.abrotanuz

Nauchana .i.nachana/

Naurof alchēfe.i.nausturtium/

Nausta dyas.est cotula olearis q̄ nausta dicitur:& est cos qua acies acuitur/

Nabale .i.apis/

CAP. CCCCCLX.

Abach est fructus secūdum Auic. arboris dicte asadar siue sadar que apud Dyas. uocatur agrifolium :uerum apud Sera.ē aliud nabach scilicz cortex arboris que a dyas.uocatur nascatimon & dicit Sera. cap. nabach/q̄ affertur de india & est in colore similis croco:& sūt sicut cortices mori boni oderis:& habz uirtutem califacientem:fiunt cuz eo fumigationes:& ponitur in confectionibus unguentorum & in aliis confectionibus calefactoriis: & habet uirtutem calami aromatici:Et idē auct.gal.est ca.i tertio & est ex speciebus indie: & quando fit suffumigatio cum eo ualet corruptioni matricis:& confert suffocationi eiꝰ q̄do est siccū:In tacuino scribitur/q̄ nabach compatur nespilis & zaror qđ est magis

odoriferum neſpulis:& ita ſimilitudo ē in uirtute quando fructus agrifolii eſt ſtipticus confortans ſtomacuz :& ſiliter cōpantur neſpilla & zaror
Nabati eſt regio unde quando repitur ī aliqua medicina intelligēdū ē de oriētali a nabathea regione orientis que iacet inter iudeam & arabiam:Nabathei ſunt qui ſunt ex arabia cum terminis ſyrie : Ouidius in li. methamorphoſeos eurus ad auroram nabatheiaq; regna receſſit :
Nabat ara.eſt dictum planta
Nabati eſt qđ fit in ſeptētrionali parte
Nabet .i.candi
Nabeti idem quod ſupra
Nabes .i.acorus
Nabit.i.potus quidaz qui fit ex dactilis & ficubus ſiccis coctis in aq̄ uel quocūq; fructu dulci

CAP. CCCCCLXI.

Achana ara.greçe & latine ameos:SERA.libro aggre. cap.nachana ſiue nanochach auct.dyas.quidam nominat ipſum pomum antomation .i. ciminum ethiopium:uerum natura cimini ethiopii eſt alia a natura ameos:& eſt notū:ē nāq; ſemē fere ſimile cimino ethiopio:niſi qa eſt minus eo multum:& albius : & duri9 & in ſuo ſapore eſt đ ſimilitudīe saporis origani:& illud quod eſt eligendum ex eo eſt illud quod eſt recens & mundum: & idem auct.gal.Magis iuuatiuuz quod eſt ex eo eſt ſemen eius.& in ſapore eius eſt amaritudo pauca & acuitas:& uirtus eius eſt que calefacit & ſiccat in tertio gradu :Et idem auct.Abē meſuay dixit q̄ prouocat urinam:& ſemen eſt bonuz fe.antiquis:& quando eius decoctio ponitur ſupra puncturam ſcorpioīs aufert dolorem:& eſt bonum frigiditati ſtoāci & epatis:& aufert opilationem & ſedat nauſeam:& deſiccat humiditates ſtoāci & eſt bonum humiditati que ē ī pectore & mundificat uias renum : & ueſice.& extrahit lapidē ex eis poſtq̄ fuerit fact9 & quando fit linimentuz cū eo abſtergit morfeam & baras:& maxime cū medicīs que ſunt ad hoc
Nachama .i.menta
Nacham quoddam animal eſt

CAP. CCCCCLXII.

Akala ara.latine palma .
SERA.libro aggre .cap .
nackala ſiue nachla diuidit diuiſionibus multis:nā ſunt rami eius & ſucus ramorum ipſorum: & ciffiliones eius : & ſumitates ipſius ſine cacumine:& cortex cacuminis eius & eſt kafri.& recens ex eo īmaturū quod eſt ſicut agreſta Vue:eſt balach:Idez auct. gal.Subſtantia ſucci ramorum & ciffilionum & ſūmitatis eſt cōpoīta ex ſubā aquoſa tepida & terrea frīgida:ſz corticis ſumitatis ſubſtantia eſt in ſeipſa ſiccior & non eſt in eo humiditas aliqua & ſapor totius arboris eſt ſtiptic9 uirt9 eius eſt deſiccatiua:& confert ulceribus putridis : & ſtrīngit īūcturas : & cōfert corruptioni corporis & oris ſtomaci applicata exterius : aut in potu ſumpta ſed ſedumactīmas .i.nucle9 ſiue os dactili quandoq; cōburitur in olla ſicut alie medicine:& cū extractus fuerit ab igne extinguītur in uino:& poſtea abluitur & ponitur loco tutie in colīriis q̄ ponītur in oculo:& ſi non comburuntur prima uice cōburantur iterum:& uirtus eoruz eſt ſtiptica congluctinatīa q̄domiſcetur cum lardo conuenit ulceribus que ſiunt in oculo & exitui oculi & caſui palpebrarum:& incarnat ulcera.Et idē auct. Aben meſuay:uirtus ciſilionū ē frigida in fine primi gradus:& ſic.ī medio ti9 dē Confert acuitati ſanguinis & colere : & ſtringit uentrem:& nutrit nutrimento pauco:& curat dolorem ſtomaci :Et idē auct.Raſis ciſilio ſedat fluxū ſanguinis & tarde deſcendit a ſtoāci fundo:& ad eius deſcenſum iuuat zinziber cōditum & facit ea q̄ facit kafri .i.ſumitas rāoruz palme uel cortex ſūmitatū eorū: CAL. viii:ſim.phar.cap.finix arbor & ē palma finix arbor ideſt palma ſtiptica pticipat

Alion uel halion ara .grece & la. ſparagus uel aſparag9, SERA. libro aggre.cap. Nalion auct.gal.uirtus eius prima eſt q̄ deſiccat:ſed non habet frigiditatem neq; caliditatem:& abſtergit & aperit opilationem epatis & renuz/& proprie ſemen & radix:& curat dolorez dentium/quia ſiccat ſine calefactione & infrigidatione:Et idem auct.dyas.q̄ndo elixatur ūa ebulitiōe & cōmeditur mollit uentrem:& prouocat urinā:& quādo coquitur radix eius & bibitur, decoctio ipſius confert ſtrangurie & hycteritie:& ſciatice:& quādo coquitur ī uino cōfert decoctio eius morſui rutelle:& quando ex decoctione ei9 fit collutio oris,cōfert dolori dentiuz:& ſemē eius q̄do bibitur facit operationes radicis:& dicitur q̄ elixatura eius occidit canes:& dicunt aliq/q̄ q̄do cornua arietū ſepeliuntur in terra naſcuntur īde ſparagi:Et idē auct. Aben meſuay:ꝓprietas ei9 ē remouere dolorem lumborum qui fit a flegmate & uentoſitate & dolorē colice/qa mollit uentrem:& ſi homo utitur eo multum facit nauſeam: GAL. ſecundo de cibis/ cap.de aſpago ayt/q̄ ſunt diuretici modicum habentes nutrimenti & non bene digeruntur: Et idem.vi.ſim.phar.cap. aſparagus ē abſterſiue uirtutis/nō tamē calefacit manifeſte neq; infrigidat, & īō tam renum q̄ epatis deopilatiuus eſt & magis radices & ſemina q̄ herba:qn etiā ſanat dolorem dentium, quoniam ſine calefactiōe deſiccat quorum egēt maxīe dentes.

Nana .i.menta/
Nanaſmon .i.colofonia/
Nanaſar .i.abrotanum/
Nanegi .i.colofonia/
Nanen .i.cimbalaria/
Nanem idem quod ſupra
Napazur .i.ſiſimbrium/
Napta.i.petroleum qđ uocatur ſtercus demonis/
Napeos .i.ſinapis uel ſemen eius

uirtute in oībus eius ptibus. Ramoruz igiť ſuc9 auſter eſt ex aquoſa ſubſtātia tepida & terreſtri fri.cōſiſtens, ſimiliter aūt huiꝰ nature ē & uocatur cēogefalos .i.cefalionus eſibilis exiſtens fructꝰ uero eiꝰ & maxīe dulcis nō pauca ꝓticipat caliditate eſibilis aūt exiſtēs ad multū ꝓueīt uſuz/nō ſolū extrīſecꝰ appoſitꝰ ubi confortare quid & ſiccare & congregare & denſare & cōſtríngere īdigemꝰ, ſed etiaz aſſumptꝰ ut cibus ſimul cum aliis & īpe p ſe/qđ uero uocať alacer germē exiſtēs molle palme eandē cuz cenogefalo habz uirtutē/quod uero eſt uelut rectía eius ſtipticam uirtutem poſſídet: ſiccat autē plus p̄dictis ceu & conſiſtentia ſubſtātie ſiccius eis exiſtens: & miníme ꝓticipans huiditate. Vnde multi in putridínalibus ulceribus eo utuntur & in farmatiis colligentibus laxis articulo rū & epaticis:& ſtomaticis uirtutibꝰ extrinſecꝰ:Eſt autē radix huius plāte ſiccatiue īmordaciter uirtutis habens qd & ipſa ſtipticitatis. Rabi moyſes cap. de palma/cor palme augz ſperma:& iuuat ad coytū. Auerois ī ſuo colliget/oēs ptes dactili ſtipticitatē habent manifeſtam, ſed fructus eius cuz eſt maturus alíquam habet ſtípticitatez/ Cortices uero arboris predicte/maiorez habent ſtipticitatē aliq̄bus ꝓtibus īpſius pro fructu huius lege potab/

Nacue .i.menta/
Nachue idem quod ſupra/
Nachueanſi .i.uſnee/
Nadus .i.ſiſimbriuz/
Nadus bothormarien .i.ciclamen/
Naduſo .i.alumen/
Nafara .i.ignis grecus/
Naffara .i.napta/
Nafra idem quod ſupra/
Nagaríl .i.nux indica/
Nagaſmon .i.ꝓionea/
Nagaſur .i.altea/
Nakeal .i.almea/
Nakeali idem quod ſupra/
Nakre .i.cornicula/
Nalas .i.antimonium
Nalaſi idem quod ſupra
Nalbas .i.es uſtum

Apellus eſt herba que facta ē ſicut elleborus niger/cuius radix eſt ordinata ad modū rethis:ē anthonoātice herba uenenoſa & eſt prima ps aconiti. Auicē. li.ſecundo.cap.de napello. Napellus eſt herba que eſt uenenū pnitioſum & eſt ī ſūmo caliditatis.& ſiccitatis.delet albaras.linitū:& confert lepre. Vnde ē uēnuz deſtruēs bibētem ſe. Maior uero ipſius potio ē medietas 3. unius & hec īterficit & ſimiliter min9. Et ex eo coturnices cibātur & nō moriūt. Ex oīb9 cōfectioīb9 diamuſc9 ei reſiſtit. Et ē alius q uocatur napellus moyſis. & uult dicere napellus mus & eſt quoddā animal quod aſſimilatur muri quod moratur in radice napelli naſcens cum napello,& qui cum eo approquinquat non creſcit arbor & eſt tyriaca napelli & eſt maior eo & ī eo ſūt oīa iuuamenta que ſunt in napello.

Napeuz .i.napo.
Napia. .i.napo uel napus.
Napti idem qđ ſupra/
Napo .i.napus
Napon idem quod ſupra/
Naponti idez qđ ſupra/
Napus uel napias caulis eſt quedam ſpēs rape ut apparet ſi leges delien/
Naragil .i.nux indica magna/
Nargil idem qđ ſupra
Narcha piſciſ ē teſte Alexādro.ſtuporifice nature q mediante lino uel calamo reddit manum piſcatoris inſenſibilē/Inde narchoticum omē ſtupefactiuum/
Nare ugenebin.i.genus bdellii,
Narcheſis .i.ſtupor.
Narfeſtica quid eſt l.l.malamuſch.
Narion .i.uſnee
Narbiſos .i.narciſcus/
Narciſcus quid eſt lege.l baſal alcit
Nardileon .i. oleum de ſpica nardi/
Nardinum idem quod ſupra
Narti .i.torpedo/
Naron .i. auena/
Narchontica .i. ſtupefatientia/
Narkodes excaſeos.i. ſtupidus/
Narkon ē piſcis ſtupefaciēs & ē torpedo/
Narchoſi .i. ſtupor
Naru .i.apium/
Nardus ſcachium uel ſcachios/uel nard9 indica eſt ſpica indica, que uocatur ſpica nardi. Nardus ſimiliter quando ſimpliciter ponitur ſpica indica uel ſpica nardi/ intelligitur pro qua lege ſimibel.
Nard9 celtica quid eſt lege quod ſupra/
Nardus romana quid ē lege quod ſupra/
Nardus agreſtis .i.aſarum
Nardus cretita .i. ſaliunca
Nardus ruſticus .i.aſarum.
Nar .i.ignis/
Naſarum .i. aſarum
Naſale .i. iniectorium naſi/
Naſabor .i. lutum comedendum

aſtatimō hec uocauit Serapi: nabach Dy. eſt quidā cortex indicus odoris boni: & eſt ſimilis lanule ſiue corticibus. eſt enim uiſcide calefaciens: miſcetur deniq; tīmiamatibus & in antidotis: & acopis mittitur ex calefactoris q̄ propter medetur ſimiliter ut calamus aromatic9 & uaporatōni ſuppoītur tarda ſtrictura matricis laborantibus.
Naſca eſt fungus arboris: & accipit denominationem ab arbore in qua orit ut naſca nucis/uel naſta pomi & cetera
Naſcale eſt qđ matrici imponitur ſimile ſuppoſitorio/peſſarū uero ſimile criſteri quamuis pro naſcali peſſarium in libris antiquis ſepe inueniatur.
Naſir .i.rubeus/
Naſiri idem quod ſupra/
Naſup .i.polium montanum
Naufirdus eſt quidam morbus q oritur infantibus quo difficulter,& cum ſōitu per nares inſpirant & reſpirant/
Naſor eſt ſpeties cinamomi/
Naſorep .i. cimbalaria/
Naſur .i.abrotanum/
Naſturtium quid eſt lege cardamus/
Naſturtium textorū quid le. qđ ſupra/
Naſturtium orientale qđ ē le. qđ ſupra/

Naſturtium ſilueſtre qđ ē le.leuiſticum
Naſturtiū aq̄ticū qd eſt le. quod ſupra
Naſturtiū babilonicū.ı. naſturtiū aq̄ticū

CAP. .CCCCCLXVI.

Atarab ara.latīe ſcorpio/
SERA.ē aīal uenēoſum
oībus notū. POSSE/
SERA .li.agg. capitulo
natarab.auct.gal. Scorpio q̄ndo teritur
& ponitur ſupra locum morſure ipſius
confert: & ſimiliter cōfert q̄ndo aſſatur
& cōmeditur: & confert etiaz ſecundum
q̄ diximꝰ morſui uipre: & confert cinis
eius combuſti lapidi renum & ueſice:
Almanſor tractatu .viii.cap.de hiis que
fugant uenenoſa/ſi ſuffumigetur domus
ex ſcorpione omnes alii fugiēt: ſimiliter
ſi fumigetur domus ſulfure & ungula
aſini/& galbani fugabuntur ſcorpiones.
Oleū enī in foraminibus eorum ſi fuſuz
fuerit non inde ulterius exibunt ymmo
fugient. Et idem de p̄ctura ſcorpionū
eſt bībere pondus unius aurei cum aqua
aut uino ex radicibus coloq̄ntide ſiccis/
aut unius aurei pondus ex medicamīe de
aſſa/cū una ℥ uini & locum qui eſt ſupra
p̄cturā ſtrīgere & ex oleo de ben & aq̄
ca.embrocare & ſambacino ī quo caſto-
reuz & euforbiū cōfricata fuerīt iūgere
atq̄ cū eo locū fortiſſime fricare: tyriaca
que ualde proficit ℥ radicum capparis/
abſinthii/nabati/ariſtologie/gentiane ana
equaliter confice cū melle: Doſis huius
ī potuz .iii. Itē cōfert tyriaca diateſſerō
uel uinum uetus & allia ei ad comedēdū
tribue atq̄ ex eis loco emplaſtri ſuppone
locuz quoq̄ aſſidue cū igne calefatiat: ſi
aūt febris ſuperueniat ſequēti die flōma
& aq̄ ordei ei tribue: & cuſtodi ne acutā
egritudinē īcurrat: omnes p̄terea abſti-
neant ab apii comeſtione ubi ſcorpionū
multitudo fuerit. Dyas cap.De
ſcorpione. Scorpio montanus quando
teritur crudus & ponitur ſuper p̄cturā
ſuā curat. Aſſatur & comeditur & facit
hoc: ſed ſcorpioēs marini q̄ndo coēdūtur
& bibitur ius eoꝝ laxat colerā & cōfert ūt
aque deſcēdenti ad oculū: & obſcuritati
uiſus. AVIC.li.ii.cap.de ſcorpione/oleū
ſcorpionū confert doloribꝰ auriū ualde.

Natanacha .ı.menta/
Nathanatha qd ē lege dicanacha/
Natra .ı.poſterior p̄s oculi/
Natis eſt confectio quecunque facta ad formam nucis/
Natiſi idem quod ſupra/
Natiſen idem quod ſupra/
Natienigi .ı.colofonia/
Nathis .ı.ferula/
Nathicos idem quod ſupra/
Natris.ı.yrcina: Plinius/Natris herba ē cuius folium euulſum yrci uirus redolet/
Natan .ı.uitꝝ/
Natron idem quod ſupra/
Natrodiſia .ı.rubus/
Nealis .ı.amomum/
Neuliſac idem quod ſupra/
Neufares .ı.antimonium/
Neuron .ı.neruus/
Neubatis .ı.ferula ſiluatica/
Neufaſor .ı.arthemiſia/
Neufaſori idem quod ſupra/
Nebefer .ı.ypoquiſtidos/
Nebetar .ı.yrcina/
Nebeflach .ı.pimpinella/
Nebid .ı.uitrum/
Nebidh idem quod ſupra/
Nebidi idem quod ſupra/
Necara .ı.amomum/
Nectar .ı.claretū de uino melle/ uel zucaro et ſpetiebus.
Nectarium .ı.abrotanum/
Necerton .ı.folium/
Necreniſie .ı.ſemē peonie/
Necreſis ē genus mortificatiuū alicuius partis mēbri.
Neda ī regali diſpoſitiōe/haly ē cōfectio quedam aromatica ad fumigandum/que conſueuit deferri ad nos trociſcata in forma quadrangulata oblonga.
Nedidus .ı.neticus
Nediran .ı.auricula muris
Nediram idem quod ſupra.
Nefelin ē morbus/phibēs ortū capillorꝝ
Nefelon eſt quoddā ulcꝰ oculi.
Nefolom idem quod ſupra.

Nefre .i.thit/
Nefeli .i.nubis: Nefele .i.nubes/
Nefreſis .i.paſſio renum/
Nefri .i.renes/
Nefoſar .i.peonia/
Nefro carthar .i. renibus apta cõfectio/
Nefro .i.renes/
Negataf .i.ſilueſtris
Negrataf idem quod ſupra/
Negratafi idem quod ſupra
Negen & chela .i.gramen/
Negefar .i.opium
Negebroch .i.cibalaria.
Negil .i.gramen/
Negili idem quod ſupra/
Negiſar .i.ypoquiſtidos/
Nema interpretatur comeſtio: & eſt grauius uicium q̃ corroſio/
Neman ara.expoſuit trãſlator Auic. q̃ eſt ſiſimbrium, & in hoc etiam errauit cõſtantinus. Veritas autẽ eſt/ q̃ ipſum ẽ ſerpillum. Vnde cap.de neman Auic. cũ cap.de ſerpillo apud dyaſ. idem dicunt: q̃ etiã per Serap.apparet: & per ſteffanũ etiã in ſinonimis nemanum .i. ſerpillum. Item alibi de ſerpillo/ſerpillũ.i.nemanuz.
Nemana idem quod ſupra.
Nemamema idem quod ſupra.
Nemen .i.ſiſimbrium.
Nemanu .i.zinziber/
Nemebreſe .i. ſorbilia/
Nembeſa idem quod ſupra
Nemertin .i. uulpicula/
Nemeiretim idem quod ſupra
Nemeri .i. zinziber.
Nemita .i.ameg.
Nemica idem quod ſupra/
Nemis .i.lenticula
Nemicha .i.ameos/
Nemiche idem quod ſupra/

CAP. CCCCCL XVII.

Euponticum.i.barba ſiriſta & eſt radix pontica multū ſimilis reubarbaro, interius habet uenulas diſtinctas ut reubarbarū:ſ3 non tingit ut reubarba% & dicitur reuponticum eo q% in ponto inſula reperitur:uel quia ꝑunticum h3 ſaporem:& reu tantum eſt dicere q̄tum radix. Dyas. cap. de reupontico:reuponticum naſcitur in boſforo & ſic ad greciā uenit:cui9 folia magna ſūt ſimília foliis ſimphiti:radix ē aliquaten9 uaſta & nigra haſta ſimilis cētauree ſ3 breuior eſt fragilis & leuis ī pondere ſine odore & guſtu, amara leuiter ſtringens: & ſi maſticet fit gluctioſa & crocei coloris POSSE/DYAS. uires efficaciter h3 ſtringentes:& ideo uino quaſi ī fomēto impoſita īflationes deſiccat: & uulnera gluctinat & ſanguinis habundantiam reprimit habet in ſe magnam ſ̄bam tēperandi:quia tenet in ſe terreni frigoris & caloris partem: & leptomeris eſt ad aſmata ergo reumatica & orthogonia iuuat:potata liuores & ēpetigines ſanat cum aceto illinita & potata emoptoicis & diſintericis prodeſt ſ3 bona eſt que non ē pertuſata in guſtu mucillaginoſa modicum ſubmordax:bibita inflationē ſtomaci tollit laxitudinem & dolorem ſtomaci ſpleneticis & epaticis bibita ꝑdeſt conquaſſationem corporis reficit: de alto cadentibus ſubuenit: nefreticis & torſionibus & toraci & ypocundriis ſalutare eſt:ſtericas & ſciaticas cauſas compeſcit ſanguinē reiicitiēbus utiliter adhibet:aſmaticis ꝑdeſt:ſ̄bgluctiētib9 utiliter adhibetur:ciliacis & diſintericis frigoribus typicis ſingulare preſidium ē morſibus uenenatis occrrit:ſimiliter ut agaricus datur in omībus cauſis zernas limpidat & liuores cum aceto impoſita, ſimiliter cum aqua liuores omnes tollit uirtus eſt ei termātica & paulo ſtiptica Paulus cap.de reupontico ca.eſt & ſic.ī ſecūdo gradu,uirtutē habet mūdificādi cōfortādi ex pūticitate ſua:& diureticā ex qualitatibus:aq̄ decoctioīs ei9 ſoluit opilationē ſplenis & epatis ex fri.cauſa cerotū ex puluere eius & oleo ro.& cera ualet contra debilitatem ſtomaci,puluis eius lumbricos occidit

Reuma greçe eſt artus qđ eſt fluxus uel curſus

Reu — .i.radix
Reud — idem quod ſupra

CAP. CCCCCCIIII.

Eubarbarū latine ara.raued uel raud.unde dicitur reubarbarū a reu quod ē radix et barbarum:quia eſt radix que in barbaria regione oritur: et ī īdia & trāſmarinis partibus:& eſt aliud qđ dicitur reuponticū đ quo ſupra quoīa3 dicitur, ſic eo q% in ponto īſula reperit uel quia puntic3 habet ſapore3:Reubarba% ut quidā dicūt radix ē cui9dā arboris:Repitur quaſi q̄dā tuberoſitas in radice eius & cetera & eſt ca.& ſic,in ſecundo gradu Io.meſue, reubarbarum quoddam oritur ī india & uocatur rauedſeni & eſt melius:& quoddā oritur

in barbaria & eſt laudibilius poſt illud & quoddā oritur in turchia & ē min9 laudabile illis:& laudatur magis ex eis qđ eſt ſubnigrū declinans ad rufedinē & qđ graue eſt cū raritate ſua:& ī quo in cōfracturis inuenitur diſgregatio ex rufo & glauco:& qđ ē crocee tincture & qđ eſt recens cognoſcitur qđ non eſt adulteratū quoniaȝ eſt rar9 & minoris ſtipticitatis & ē crocee tīcture. Adulteratum uero habet contrarium horuȝ & uarietatē quā habere dȝ ī cōfracturis amiſit:ymmo ſubnigreſcit in eis & ē ca. complexionis & ſic.in ſecundo gradu. Conuenerunt aūt in permixtione eius aqueitas & terreitas dātes ei ſtipticitatē ſubſtantie: & aereitas dās ei raritatem ſubſtantie:& eſt in eo igneitas pficiens que propter actionem eius & terreitatē ipſius ipſum facit eſſe amarum, uerum terreitas eſt ſecundum profundum ei9 & igneitas eſt in ſuperficie ipſius: q̄pp infuſio ſeparat inter eius ſubſtancias.& cōpletio operationis ſolōnis & aptioīs opilationum/per ipſuȝ eſt per dominiū caliditatis ī ſuperficie eius & cōſecutio contractionis per ipſum eſt a ſubſtācia ſua terrea ſtiptica.Nō ē ī eo nocumētū apparens & datur in omni tempore; & ī omni etate ita q̄ etiā pueris & p̄gnātibus datur:& eſt de elegantioribus & melioriby medicinis aq̄ lactis, & ꝓprie qđ ſumptū ē ex capris que magnificat operationē eius: ſimiliter magnificatur infuſio eius in aqua ēdiuie & apii prius bulituȝ & colatū: uel in aqua plantagīs/ & nō p̄termittat quī cadat ī ſocietate eius ſpica.Eſt enim proprii iuuamenti cum ipſo:neq; pretermittas additioneȝ modici uini albi odoriferi clari ī īfuſionibus eius:& proprie q̄do in emēdatiōe opilationum propinatur:& eius quideȝ infuſio competit quando ſolum q̄ritur abſter ſio:ſolutio & opilationum aptio: & ipſius contriti exhibitio, q̄do q̄ritur ut poſt illam in uiſceribus ueſtigia cōtractionis remaneant :uerum ex eo qđ aſſuȝ ē uchemētius facit illud:& adhuc uehemēti9 ex aduſto: & qđ ex eo purius eſt ſuſtinet qđ oportet & meretur de cōtritione.In raro autē et laxo cōtritio uehemens reſoluit uirtutē: decoctio ēt ſimiliter reſoluit q̄liſcūq; ſit.POSSE/ TO.MESVE educit ſolutione eius colorā & flegma/Maior ei9 proprietas eſt mundificare epar & ſtomacum: & conferre doloribus pungitiuis eoruȝ & uiſcerum & clarificare ſanguinem: & auferre opilationes:& morbos quorum mater eſt opilatio, ſicut hydropiſim hyctericiā groſſitiē ſpleīs:& ſe.opilōnū & ſimilia:& ex parte ſubſtantie ſue ꝓprietas eſt conferre ſputo ſanguinis & emanationi eius undecūq; ſit & caſui & percuſſioni:& ſanare rupturas ītrīſecas & extrīſecas:& proprie eius.ȝ.i.mumie grana.ii.& rubee tīctorū grana.xv.cū uino ſtiptico: & confert inunctio olei eius contuſionibus & contritionibus lacertorum:& doloribus eorum:& ipſū quidem eſt medicina ſingultus:& eſt medicina bona diſinterie & proprie qđ ex eo eſt aſſum & bibitum cum ſuco plātagīs & pauco uino ſtiptico/& cōfert ſe.peryodicis & ſe.opilationum: & ſe. antiquis.Doſis potio eius īnfuſionis a ȝ.ii5.uſq; ad.x.& contriti a.ȝ.i.uſq; ad .ȝ.iiii.Et ipſum conſeruatur per annos .iiii.& cōſeruatur a corruptione & putrefactione ſi ſuperliniantur ei cera & terbentina liquefacte:aut cera ſola: aut ſi ſepeliat ī melle taberzet:aut ſepeliat ī pſillio:aut milio:conſeruatur enim tūc tempore extenſo.

Rebiſe .i.genus locuſte/
Rebikengi .i.lupinus/
Rebiche .i.cicade marine/

CAP. CCCCCCV.

Ebith ara.latīe ep SERA. libro agg.cap. rebith auct. Galieni epar canis rabioſi, q̄do ſumitur in cibo curat morſuȝ canis rabidi.Et idē auctoritate Dyas.epar aſini quādo comeditur cōfert epilenticis ieiuno ſumptum. Epar hyrci ſi comeditur ab epilentico facit

eū cadere.epar porci maſculi deſiccatuz et ī potu ſūptū cōfert morſib9 uēnoſis epar canis rabidi ſecūdū quod dicitur admīſtratū aſſatum et comeſtū ab eo quē momordit canis rabioſus prohibet eum a timore aq̄: DYAS.cap. ficatus ficatus caprinus carbonibus impoſitus ſudorem quaſi aque emittit q̄ collecta oculis īfuſa noctilopas ſanitati reſtituet S3 dū elixatum fuerit ab hiis q̄ epilētica paſſione tenentur ſi comedatur ſimilē parat effectum: ficatus capre cōbuſtus & puluere aſperſus ſanguinem fluentez reprimit contritū cum aceto ſanguinē habūdantē de naribus concludit: uētrē ſtringit:Ficatus burdonis combuſtus & cū oleo mirtino capiti illinitus capillos fluētes ſiſtit & eos creſcere facit.Ficat9 uulturis coctus cum ſanguine ipſius uulturis tritus & per dies.viii.potatus caducis prodeſt pro epatibus in uia cibi lege.l.latamie.

Recal .i.uſnee/

Recabinum in practica Haly/ in cap' de fe.continua exponitur q̄ eſt machalum qđ ē bdellium & ī cap. de conſtipatiōe uētris & fluxu in fe.ſcribitur uarenichī/ & alibi ueremenebum pro eodem.

Recoab .i.galbanum/

Recorporatiua medicina eſt īſpiſſatiua que carnem & cutem denſat cōfortatq̄ membrum & temperat complexionem/ que grece metaſinterica uocatur.

Rechoma Plinius affertur īquit/de hiis que ſupra pontū ſunt eadē coſto nigro ſimilis mīor & ruffior paulo ſine odore calefaciēs guſtū & abſtergens eadē trita uini colorē reddit:ac ad crocū inclinātē

Rec i.ſucus de quo fit acacia/

Redarguēs uirtus ē ſtiptica repcutiens/

Dyas.cap.de arbore pini/

Redhab eſt ſpeties trifolii

Redidomum.i.morula uel ſemem eius & eſt mora rubi

Redidomar .i.berberi/

Efo arabice latine cucumer aſininus:uel agreſtis eſt ca. & ſic.in tertio gradu/fit ex ſuco eius fructus elacteriuz qđ ſatis laxat per inferiora & ſupiora: & p duos ānos ī multa efficacia ſeruat: uirtutem habet purgandi principaliter flegma:ſecundario coleram:Contra arteticaz podagram & ciragram & yliacā paſſionē dat'.Ad mēſtrua puocāda puluis elacterii cōficiat cū oleo muſcellīo uel cōmuni & licinius bombacis intīct9 ſupponatur ad apoſtemata fri.maturāda elacterii.v.3.cū farina ordei cōficiāt cum uitello oui & ſupponatur.Idē ualz contra ca.apoſtemata. Ad apoſtemata rumpendum fit optimum ruptoriū ex elacterio & terbentina:ad uermes auriū conficiatur elacterium in quantitate.v' granorum cū modico aceto & tepiduz infundatur. Ad omnē dolorē ſtomaci ex fri. cauſa inungatur ex confectione elacterii & cere & aceti. Ad lentigines faciei & omnem ſuperfluitatez eius remouendam accipe ceruſam & cāforam & elacteriuz in quantitate illorū duor/ conficiantur cū aceto in modū ūguēti in mortario plumbeo & piſtello plūbeo/ & ponat' in uaſe uitreo p dies duodeciz/ poſtea iterū ī eodē mortario & piſtello moueatur addito aceto & inungatur facies & omnem pannum abſterget & lentigines. SERA.libro agg.cap. refo. autoritate Dyas.planta eius eſt diuerſa in fructu eius quoniam ipſe eſt minor ſatis cucumere domeſtico:& ē ī figura ſua ſimilis glādi lōge:& folia ei9 ſimilia foliis citrulli:ſz radix ei9 ē alba. Naſcit' ī rupibus & cāpis:& qđ đ ea admīſtrat' eſt ſucus fructus eius : ſubſtantia eius ē ſubtilis:& ſapor eius ē amarus: uirtus eius ē que calefacit & deſiccat ī ſecūdo gradu doſis eius eſt a kirat.ii.uſq̄ ad.iii. GAL.octauo ſimpliciū pharmacorum i.cap. ſikii agri: ſikii agri.i. cucumeris ſilueſtris ſucum eius fructus elacteriuz nominant.

Raga .i.ceruſa/

Regalea quid eſt lege.l.de galea/

Ragalter .i.cicuta
Regebertederien Stefanus est inquit radix uentorum & dicitur curcuma:& dixit iterū q grece uocatur chelidoniō & re uera quid est curcuma.l.l.curcuma
Regius morbus antiquitus uocabatur hyctericia Cassius felix proprio cap. et Plinius:& oribasius in commēto aphorismorū hyppo.hic & aurigo ab aureo colore et arcuatus morbus similiter dicebat ab arca syderis ī celo apparētis
Regillus est auis paruissima omnibus nota nullius effectus ad opa medicine
Regulus.i.serpēs īterficiens suo sybillo et suo uisu.
Regusarp .i.polium
Relaxatio mēbroꝝ.i.paralisis
Relambach .i.mirtus
Relambachi idem quod supra
Relinisteo .i.barba capillacea
Relubach .i.mirtus
Relis.i. aqua que super lac acetosum eleuatur.
Remiar .i. cībalaria
Remiari idem quod supra
Rēbi.i.habēs crura retorta uelsꝫ extra
Renitentes .i.tractui resistētes
Renisasea .i.regalea
Renisar .i.usnee
Rensimti quid est.l.l.khule
Reseines .i.passule
Resemes idem quod supra
Resemesi idem quod supra
Resina quid est.l.l.hatronig
Resina frixa colofonia
Resis oculorum exponit Oribasius qđ ē ruptura illoꝝ ūde resis grece eruptio
Resin.i.pētadactilus:& retin.i. sanguis draconis
Resteresin idem quod supra
Resincabe .i.carui agreste
Retin Paulus cap.de asmate.i.resina
Retim idem quod supra
Riada grece passio in angulis oculoruꝫ ut Alexāder cap.de egritudinibus oculorum:& est secundū Paulū diminutio carnis Demostenes rias inquit, est continuus lacrime fluor debilitate ptiū aut ex leso angulo uel ī modica cirugie uexatione.Itē alibi qbuscunqꝫ passioibꝰ lacrimosi oculi fiūt riade sūt a ueteribꝰ nūcupate qđ nos fluibe dicere possumꝰ & cetera Chiada apđ Cornelīū scribit
Ria .i.malum granatuꝫ

CAP. CCCCCCVII.

Ibes quidam dicut q est acetosa:& quidam dicunt q est coccus: sꝫ falso q̄m no est acetosa: q̄m Mesue facit semotiꝫ ecap. de rob de ribes a cap. de rob de acetosa: similiter ubi ponit cap. de rob de ribes ait q ualet sicut rob de acetosa.Item nō est coccꝰ quoniaꝫ coccus est ca.& sic. cōplexioīs sꝫ ribes sunt fri.& sic.Alhani est plāta stipitem habens rubeum ad uiriditatemꝫ decliuē tenerum cuius sapor est dulcis acetositati mixtus:folia rotūda uiridia nigra,cuiꝰ granū portatur de corasceni acidi saporis de quo fit rob & cetera. Nos autem loco eius sucum acetose q̄ est lapacium agreste ponere possumus. SERA.libro agg.cap.ribes auctoritate Ysaac benaram Ribes est planta habēs capreolos recentes rubeos ad uiriditatē declinantes:& habet folia magna lata rotunda uiridia:& habet grana quorū sapor est dulcis cum acetositate:& ipa est fri.& sic.in secundo gradu:& signū super hoc est acetositas eius:& stiptici-tas:& ex hoc contingit q infrigidat stomacum:& aliqui dicunt q ē fri.& sic.in tertio gradu. Nascitur autem plantā ista in montibus syrie frigidis niuosis.POSSE SERA.ipsa abscīdit sitim & confert speciebus habaon.i. morbilli & abscindit sitim que fit a ca-liditate corporis & retinꝫ fluxū & cō-ueīt specieꝰ bothor q̄ fiunt ī corpore sicut uariole & similia & prouocat apetitū & īcoriat stoācū sua frigiditate & abscīdit sitī a colera & fluxū uētris & uomitum & rob eius cōfert cardiace & uomitui & fluxui qui fit a colera & prouocat cibi appetitū & in rob eius ē dulcedo & acetositas & idē auctoritate

rasis ribes est fri.& sic.stringit uentrez & extinguit colerazz & acuitatē sanguis & nō stupefacit dētes.& idē auctoritate Aben mesuay fri.est & sic.in secundo gradu & rob eiꝰ ē sicut rob acetositatis citri & agreste in uirtute & est bona emoroidibus:& ebrietati:& putant aliq medicorum ꝙ etiā sit illa que nomiat acetosa & lapatium.Et putauerūt aliq ꝙ sit granum acetosum qđ affertur ex corasceni licet omnes decipiantur.

Riben nascitur in monte libani & est frigidissima herba

Ribus apud Dyas.est de statuis & de palestrato.i.de loco ubi fiebat ludus palestre:& est qđ apud Auicenā uocatur sordicies in cap.de sordicie ubi de hiis & de aliis loqt̄:grecus uero rypos dicit

Rigeon .i.fluxus mēstruus

Rigelle .i.portulace.

Regenisori .i.salsamentum.

Rigos .i.rigor

Rigosarch .i.centumnodia

Rigosafal polium

Rilofar quid est .l.l.nenufar.

Rilofari idem quod supra

Rilosatur .i.ypoquistidos

Rima marina allearia:pes asini idem & ē herba cuius folia sunt rotūda habētia odorē allii que trita & imposita sanat noli me tangere

Rimech .i.arimech

Rimeida.i.rima:rimides.i.ruge rime

Rimar.i.limatura Paulus cap.de cicatricibus & albugine oculi:rimar cornu ceruini & cetera.Naz rimon grece lima

Rinomelis grece ferreum instrumentū asperi capitis ut lima q̄ asperitas palpebratum eraditur.Demostenes

Rinon.i.limatura apud paulum cap. de asmate inquit fagi & primi efficatior rinon.

Ringo grece rostrū & scribit ringos & profertur rinchos.

Riparon sucida

Raparusim bdellium

Riparissimi idem quod supra

Ripinos uel ripus sordidus ripos sordicies

Riptica grece purgatiua ut Galienus li. vi.de ingenio sanitatis riptico catarticū

Ripus .i.corpus

Ripuli orobi & quid sunt.l.l.scisemīe

Ripusirac .i.portulaca

Repulasur .i.arsenicum

Riptum siluaticum.i.ambrosia

Risari .i.pecten

Risarch .i.affodillus

Risarchi idem quod supra

Rissati .i.peime

Risis grece fluxus li. de doctrina greca uel reuma

Risipella grece herisipilla.

Risi quid sunt.l.l.arz

Ristritin sumach

Risufar .i.almea

Risufari idem quod supra

Ristum unum .i.cotille due

Ritiga grece ruga Ritige ruge

Ritidosos demostenes est rugosa siue folliculosa pupille passio.

Ritimum habens ritimum

Riza .i.radix inde glicoriza.i. dulcis radix quā nos corrupte liquiriciam dicimus.

Riza panace .i.peucedanum

Rizi .i.granum panificū huius due sunt species est enim unum rubeum & est aliud albuz sz ad nos nō affertur nisi decorticatum & utriusq medulla est pro quo.l.l.arz

Rizonichia .i.radix unguium

Rizoncia cassius felix in antidotario sunt radices dure que in ulceribꝰ aposthematum iā euacuatoꝝ remanent

Ris .i.cedrus arbor qdā dicunt ꝙ est cipressus sz falso

Risimar .i.lactuca asini

Risissebeos .i.anuiden romanū

Rissidus .i.climia

Roa .i.rosa

Roan .i.marmor

Roariati .i.egritudo in qua homo semper ridet

Roan .i. salamonita que similis est nostre & ē marmor ut supra

Roi .i.decursus uel fluxus

Roidea .i.arbor mali granati.

& raidon.i.pomum
Roiton .i.auellana yndica & eſt faufel.
Robal caradi .i.uinum coctum.
Robali eris .i.ſquama eris.
Robolie apd yſaac ī dietis ē legumē qđ apud Auic.uocatur meiſe uel mes:uer apud raſiz in almāſore aliud ē robolie & aliud mes pro quo.l.l mes.
Robiche .i.cicade
Robilie .i.robolie.
Robi .i.uinum coctum.
Robiloet herba eſt portulace ſimilis, ſz cum frangitur emittit lac & ē laxatiua ualde.
Roboſus .i.liquiritia.
Roboſar .i.amomum.
Roboſari idē quod ſupra.
Robub .i.ſucus inſpiſſatus per ſeipſum.
Robulſari .i.gentiana.
Rob ē uinum muſtum coctuz ad conſumptionem duarum partiū uel qlibet ſucus ſic coctus ita ꝙ remaneat tertia pars ut Auicena quarto canonis fen. prima cap.de cura ſinochi, ubi ponit modū faciendi rob iuiubay: illa clarius ī uenies ſi.l.l. carenum: ſed quando rob ſimpliciter poīt, debet ītelligi de muſto.
Rochach .i.feracia placenta panis ualde tenuis.
Rochac idem quod ſupra.
Roceua .i.cum aliquis ridet ſine cauſa.
Roceſar .i.atriplex.
Roceſari idem quod ſupra.
Rocua .i.cum aliquis ſine cauſa ridet.
Rocuab idem quod ſupra.
Rocuafilon .i.pentafilon.
Rodanche .i.flos roſe.
Rodaprenum .i.landrus.
Rodatiua .i.perſica.
Rodakinon .i.fructus perſici.
Rodhaha .i.rachaba.
Rodemelli .i.roſe et mel.
Rodemellion idem quod ſupra.
Rodeſiar .i.carpobalſamum.
Rodius .i.cortex mali granati.

Odia ſecūdū Dyaſ.ppīo cap.radix eſt naſcens ī macedonia ſimilis coſto: ſed paulo leīor & non equalis que digitis fricata roſe longius iactat odorē: & ideo uocatur rodia, qa rodon roſa dicit: cū oleo nardīo cephalargicis maximum remediū eſt capiti fomēto adhibita & fronti illinita & temporib9 maximum preſidium eſt. GAL. viii. ſimplicium pharmacorū cap.rodiatiza: rodiatiza eſt radix que ī macedoīa generatur ſubtilis partis ē, & diaforetice uirtutis ī calefaciendo ut ī ſecūdo utiq; ponendum eſt eam abceſſu uel tertio incipiente.
Rodiadi idem quod ſupra.
Rodiatiza idem quod ſupra.
Rodinum .i.oleum roſatum.
Rodidonium .i.morula rubi uel ſemen eius.
Rodokina .i.perſicus arbor.
Rododaphni ī libro de doctrina greca eſt roſa grece lorādrum. Eſt autem expoſitio eius roſea laurus: nam ē nomen cōpoſitū ex rodon qđ ē roſa & dafnis qđ eſt laurus: Ab Auicena uocat oleāder: A Dyas.nereō Plinī9 rododēdros nomen quidez apud nos inuenit latinū rododafnē: uocant aūt nereon Stefan9 rododafni & quid eſt.l.l.nereon
Rodo eſt inſula quedam
Rodon .i.roſa.
Rodon agria .i.roſa agreſtis alba.
Rodoleum .i.oleum roſatum.
Rodoleon idem quod ſupra.
Rodonſion .i.oleuz ro.& acetū
Rodoemdium .i.mercurialis.
Rodonoxiron .i.roſa ſicca.
Rodochantus .i.flos roſe.
Rodomel .i.mel roſatum.
Rodozacara zuccarum roſatuz
Rodoſcon .i.aqua roſata.
Rodoſconia idem quod ſupra.
Rogal .i.polium.
Rogina.i.ſciſſura ſupficialis cranei quā nos rimulam dicimus.

Rogel .i.pes
Rogelion .i.almea
Rogoſon .i.arſenicum
Rogoſoni idem quod ſupra
Roginos Paulus cap.de peripleumonia ideſt oreſmon
Roka .i.eruca
Rokiaſeos .i. centaurea
Rokial .i.amomum
Romen in confectione mitridati in antidotario uiríli exponitur rafanus
Romee .i.lapacium acutum
Romero .i.corona regia
Romilia .i.camomilla
Romiſar .i.anetum
Romti .i.rafanus, pro quo lege.l.fagaſinon
Roneſac ypoquiſtidos

CAP. CCCCCCVIIII.

Onder arabice grece & latine olibanū uel th? SERA libro agg. capitulo ronder auctoritate Dyas.eſt gūmi ex cāchi ſiue kathech & ſunt eius ſpes q̄tuor una ē melior & eſt ex terra yndie cuius color ē ſmaraldinus & ſicut color melongie & colligitur in cochiis & figura eius eſt rotunda & fractura eius eſt angulosa & ponunt illud homines ī olla terrea & agitant ollā tā diu donec figura eius rotundatur.Et poſt temp? fit rubeum:& ſecundum eſt ex terris arabum: & eſt ſecundū in bonitate: & melius ex eo eſt maſculum:& eſt illud qđ eſt rotundum albuz:& non facile frangibile:& q̄do frangitur qđ ē īterius eius eſt tenax:& quando fit fumigatio cum eo comburitur cito.Et tertium eſt īn bonitate ſicut arabicum & eſt habēs fruſtra minora q̄ ipſū & declinat plus ad colorem acori:Et quartū eſt colore albo & quando frangſtur uẽrgit color eius ad colorē maſticis:idez auctoritate Galieni ſapor olibani ē ſtipticus ſtipticitate multa:uerum album ex eo nō hz ſtipticitatem manifeſtam:uirtus eius ē que calefacit ī ſecūdo gradu:& deſiccat in primo unde eſt ſtipticum. DYAS. cap.de olibano:thus uel olibanū lacrim? eſt arboris que grece libanus dicitur qđ autem de arabia defertur candidum eſt:qđ uero de india rufum:ſz utrunq; maſculum eſt.Eſt tertiuz genus minutum ualde & rufum q̄ māna thuris dicitur:ē ergo optimū thus qđ maſculū dicitur ſubrufum & rotundū & pīgue & naturaliter leue & fragile & qđ ab igne cito īcēditur odorē ſuauē copioſe emittēs GAL.vii.ſīpliciū pharmacoy cap. de thure libanū.i.thus calefactiuū quidem eſt in ſecundo gradu ſiccatiuū autez in primo habet aūt quid ſtipticās paucum minime uero manifeſta ē ſtipticitas in albo ſecundum colorē:cortex autem eius ſtipticam uirtutē maīfeſtā poſſidet quocirca ſiccat generoſe ut in .ii.gradu ſiccatiuū exiſtat. POSSESERA.auc.dyas.abſtergit obſcuritatē uiſus:replet ulcera profunda:& īcarnat ea &.conſolidat ulcera recencia cuz ſuo ſanguine:& quando bibitur olibanum confert ſputo ſanguinis & abſcindit fluxum menſtruorū & cuiuſcunq; ſanguinis undecunq; fluat & ſanguinis qui fluit a cerebro qui dicitur meſcha & eſt ſpecies fluxus ſanguinis nariū:& phibz ulcera fraudulenta que fiunt īn ano & ī aliis membris:quādo miſcetur cū lacte & fit inde licinium & adminiſtratur: & quādo admiſcetur aceto & oleo & fit linimentū in prīcipio formice aufert eā & empetiginem:& miſcetur cum adipe anſeris & porci & curat ulcera facta ab aduſtione ignis:& ſciſſuras pedum que fiunt a frigore:& quando miſcetur cuz pice curat concuſſionez aurium:& q̄do miſcetur cum uino dulci & diſtillatur ī aurē confert dolori eius:q̄do admiſcet cum chimolea & oleo ro.& liniunt cuz eo apoſtemata ca.mamillarum que fiūt poſt partum & confert eis & ipſuz admiſcetur cum medicinis conferentibus pulmoni & emplaſtris reſoluentibus apoſtemata interiora:& quando bibit confert ſputo ſanguinis & diſſoluit flā:

& aufert triſticiam:& auget memoriaz
& q̄do bibunt de eo ſani pa⁊ meliorat
eos:ſz ſi nimis cū uino biberint inducit
maniam:& amplius cum uino occidit.
& comburitur olibanum q̄do accipitur
fruſtum ex eo,& incenditur & īflāmat
& ponitur in teſta ſubtili:& cōburitur
& quando comburis eum oportet ut
cohoperias cum aliquo alio uaſe/ quia
facit cū hoc q̄ nō incineratur. Cortex
libani facit fumum boni odoris:& ſba
eius eſt groſſior ſubſtancia olibani: &
ſapor eius eſt ſtipticus manifeſte. Et
uirtus eius eſt que deſiccat deſiccatiōe
forti quouſq; ſit ī fie tertii gradus & nō
ſunt in eo acuitas & mordicatio mani-
feſte: & confortat & abſcindit fluxum
ſanguīs p ſputū:& corroborat ſtoācuz
laxatū & confortat & conuenit fluxui
ſanguinis uentris & ulceribus īteſtīo⁊
Et olibanum ſimiliter facit hoc iuua-
mentum,niſi quia cortex eius in hoc ē
fortior propter uirtutē ſue ſtipticitatis/
ualet enim cortex fluxui humiditatum
matricis ātiquarū quādo fiunt naſcalia
cū eo:& cōfert ad abſtergendū maculas
& cicatrices/ & confert limpitudini.
Fumus olibani ita colligitur: accipe de
olibano cum forficibus paruis,& incide
& inflāma ī lucerna,& pone ipſuz ī uaſe
ex terra noua uitreato: deinde ꝯhopi
cum uaſe eneo habente oroficiū mūduz
bene & purgatum & interpone labiis
uaſo⁊ ab uno latere:aut duobus lapillū
groſſitudinis q̄tuor digitorum habētē
ut poſſis aſpicere olibanum & uidere ſi
cōburitur,& ſi flāma eius attingit uſq;
ad orificium uaſis fit etiaz inde ītroit9
per quem intromittere poſſis/ fruſtruz
aliud olibani anteq̄ extinguitur primuz
penitus extinctione completa:& facias
hoc quouſq; habeas ex fumo quantum
uis.Et tu quidem lini cohopertorium
eneum exterius linitū linitione cōtinua
cum ſpongia madefacta ī aqua frigida/
quia quando facies hoc nō calefiet ca-
lefactione forti:& coadunabitur fum9
unus ſuper aliuz:ſi uero nō faceres hoc
conuerteretur fumus qui aſcendit ad
cohopertorium inferius & miſceretur
cū cineribus inferioribus olibani/Incēde
ergo ex olibano quantum uolueris &
collige fumum eius ſecundū diſciplinā
quā monſtraui.tibi.Cīeres autē collige
per ſe & pone ſemotim. Etidem auc.
Galieni,uirtus fumi olibani eſt calidior
& ſiccior:uirtute olibani quoſq; repo-
natur in tertio gradu & abſtergit &
replet:& mūdificat ulcera oculi quēad-
modū faciunt fumus mirre & ſtoracis
Et idē auctoritate Dyas.fumus olibani
ſedat apāta oculi & abſcindit curſum
humiditatum ad ipſum:& mundificat
ulcera eius:& generat carnez ī ulcerib9
ipſius que dicuntur chilomata & ſedat
apoſtemata que fiunt in eo que dicūtur
kankri.fumus autem mirre & ſtoracis
eodē modo colligitur & ualet ut ſupra/
Et idem auctoritate Aben meſuay oli-
banū deſtruit flegma:& aufert triſticiā
& confert cordi:& auget in memoria.
Auicena de uiribus cordis dicit: q̄
confortat cor.
Roras paulus capitulo de dolore capitis/
comebat inquit roras.i.mala granata.
Roraſtrum eſt ſmilax apud Dyas.&
apud kiranidam zinilax uocatur.Plini9
īqt ſmilax quā nicophoros cognoīam9.
Roab. ara.dactili q & thamara uocant
& aliis plurib9 moīſecūdū diuerſitatē
ſpecie⁊ eo⁊ ex pte maturitat formarū
& regionū etiam nominantur/
Roſa quid eſt le.harel
Roſa gariofilata quid eſt le.qđ ſupra/
Roſa regis .i.flos ſtafiſarie/
Roſa aſino⁊ .i.flos peonie/
Roſa uinee .i.flos ſpine albe/
Ros ſiriacus expoſueruut quidam q̄ ē
flos orni & non dicunt qd ornus eſt:ſz
ros ſiriacus eſt ſumach:uide q̄ ubicūq;
in libris de greco tranſlatis habetur ros
ſyriacus.in arabicis eiſdē locis et caſib9
habetur ſumach. Nam apud Dyas.
in cap.de origano ubi eſt ros ſiriacus in
Serapione eodem loco ex uerbo Dyas.
habetur ſumach.Item in cap.de moris
ubi dicitur ſicca et trita ponūtur ī loco
roris ſiriaci in Serapione eſt ſumach.

Itē inuenitur ſyrupꝰ de fructibꝰ ī.vii. 10.Serapionis cui ſimīlis īuenitur apud Pliniū & Dyas.& ubi ille habȝ ſumach ſti habēt ſyriachus.

Roſa zamen .i.flos maluauiſci
Roſa ſeni .i.ueſum
Roſa perſica.i.rubea qnoniam a perſia habuerunt ortum
Roſa canina eſt planta in cuius radice naſcitur quaſi fungus ex quo fit ypoq- ſtidos q fungus uocat arabice tararih: & planta uocatur barba yrcina:& ē alia ſpēs roſe canine que uocatur roſago
Roſa agreſtis idem quod ſupra
Roſa marina quid eſt.l .laieralmarien
Roſago plāta ē q̄ponitur ī ātidotario uirili in potione ad ſcrofulas & eſt ſpēs roſe canīne.
Roſaidicos ſiue reſtidicos Paulus cap. de amiſſione memorie admiſcentes iqt īfrigidantia & ſiccātia ut roſaidicos: & mirſine & cetera puto q eſt ſumach
Roſaros .i.ſturnus auis
Roſaceum .i.oleum roſatum
Roſata .i.antidotū ex roſis
Roſilo .i.ariſtologia
Roſilio idem quod ſupra
Roſiliab .i.amidum
Roſo .i.mala granata
Roſoi idem quod ſupra
Roſtodor .i.bedeguar
Roſum .i.almea

CAP. CCCCCCX.

Oſtrum porcinum herba ē longitudinis unius digiti & eiuſdem lateris ſpandēs ſe ſuper terram amplectens eā cuius folia ex utroq; latere ſunt īciſa ī- ciſuris magnis:& in eius medio leuatur ſtipes paruus in cuiꝰ ſtipite fit quedam lanugo rotunda ſicut pila ſicut facit herba ſenicion q̄ cū tangitur diſſoluit confert opilatis
Roſtrum coruinum herba eſt quam plures dicunt cōſolide ſpeciē :ſȝ falſo ſicut apparet ſi leges ſīfitū, ymmo eſt herba utcūq; piloſa habēs quaſi odorē boraginis & uirtutem conſolidatiuam
Rotab .i.dactilus

CAP. CCCCCCXI.

Otabea uel rodhaha.
SERA .li.agg.cap.rodha- ha q̄do ē hu.& recēs dicit aſſaxfaſa:quando eſt ſicca dicitur akes & ē ſpēs leguminis ſic no- minata. Et idem auctoritate Dyas. primo q̄do naſcitur ē ſimilis ādacuche que naſcitur in pratis:ſed quando eſt cōpleta habet folia ſubtiliora q̄ folia ipſiꝰ:& habet ramos ſimiles ramis ādacuche:& ſunt ei ſemina in magnitudine lentis tortuoſa ſicut cornua:aliquando deſiccatur & adminiſtratur cum aliis rebus & preparatur cum ſale. Et idem auctoritate Galieni ſapor huius grani ē ſtiptic9 ſicut ſapor lētis:& uirtus eiꝰ ē ca.caliditate tēperata:& exſiccatio eiꝰ ē amplior exſicatione lentis & cōmedit ſicut lens. Et ideȝ auctoritate Yſaac benaraȝ aſſaxfaſa naſcitur ſuper aquas & non ſiccatur in eſtate neq; yeme. Et ideo nomīatur humida & qd de ea ad- miniſtratur eſt ſemen eius & folia & ē ca.& hu.& ē in eo inflatio:& ideo augȝ ſperma & incitat coitū:& auget iuua- mentū medicinarum que faciūt ad hoc & ſemen eius ingreditur in pluribus confectionibus fortibus:& quando fit ēplaſtrū cum foliis eius confert mēbris que indigent ſedatione doloris eorum: & eſt cōueniens cibo animalium.

Rozaȝ .i.ceruſa
Rozazi idem quod ſupra
Rozatah .i.litargirum
Ruaſniri eſt ſpēs miconis
Ruan .i.marmor
Ruam idem quod ſupra.
Rubea tinctorū qnid eſt.l.l.eritrodanū
Ruben .i.radix quedam q̄ afferē de barbaria ſimiliter rubē.i. caſeꝰ
Rubea conſolida .i.biſtorta
Rubeum .i.acatia
Rubicar .i.ſinopida
Rubien .i.cibus conueniens

& ſapidus & eſt caſeus recens.

Rubine .i.ſipia abluta.
Rubie .i.os ſepie.
Rubien idem quod ſupra
Rubia .i.rubea tinctorum.
Rubidus panis.i.recoctus & rubefactꝰ.
Rubrica.i.ſinopida pro quo.l.l.lepnia.
Rubus quid eſt.l.l.ſulach.
Rubius .i.liquiritia.
Rubſuſi.i.herba que rubea uocatur.
Rugge idem quod ſupra.
Rugeſar .i.cibalaria.
Rugeſari idem quod ſupra.
Rumani uel ruman.i.malum granatuꝫ.
inde romania.i.cibus qui inde fit.
Rume .i.malum granatuꝫ.
Rumes .i.lapatium acutuꝫ.
Rumeſarch .i.pimpinella.
Runegi .i.lapis ſimilis cancro: quidā dicūt ꝙ eſt cancer ī lapidē conuerſus.
Ruſatum .i.es uſtum
Ruſauigi idem quod ſupra
Ruſſacerui .i.ſemen genitale.
Ruſne .i.zirūbet & ē ſpes zedoarie.
Ruſnen .i.tri de paſta.
Ruſeritrias .i.ros ſiriacus
Ruſeritro idem quod ſupra
Ruſme .i.tri que fiunt ex azima paſta.
Ruſmi .i.cepe agreſte.

CAP. CCCCCCXII.

Vta latine &:grece:arabice uero radeb uel alſelep.
SERA.l i. agg.cap. radeb auctoritate Dyas. Radeb.i. ruta.& eſt de ea domeſtica & ſilueſtris: ſꝫ ſilueſtris eſt magis ca.q̄ domeſtica & magis acuta:que eſcis eſt non bona: ſꝫ domeſtica & maxime illa q̄ oritur circa arborem ficus uel circa cucumeres, eſt conueniens cibus. Et aliud genus rute ſilueſtris que naſcitur in macedonia & in galicia aſie quā moly ciues apellāt & aliqui armolam eam uocant:fructex eſt una radice uirgas multas habens: folia latiora plus q̄ domeſtica:ſꝫ mollia & odorem grauem habentia.& florē albū & capita maiora q̄ domeſtica:& ī tribꝰ partibus diuiſa:huius ſemen obruffum: & trigonum guſtu amarum eſt, hec in antiquo tempore colligitur, cui addito melle:& uino:& felle caponis & croco:& ſuco maratri caliginem oculis detergit. POSSE.GAL.vii.ſimplicium pharmacorum cap. moly, quidaꝫ huius rutam ſilueſtrem nominant: qdā autem armolā:uirtus autē eius ſbtilis ē & ca. ſecundum quartum gradum ūd & incidit groſſos humores & diaforat & ad urinationē prouocat:& idem.viii. ſimplicium pharmacorum cap. pigamū. Pigamum.i.ruta ſilueſtris quidem ex q̄rto ē gradu calefacientium & ſiccātiū, domeſtica uero ex tertio: eſt autem nō ſolum acris guſtu ſꝫ etiam amara quo īcidere & diaforare habet groſſos & uiſcoſos humores propter eandē autē uirtutē & per urinas euacuat, qnymmo & ſubtilium partium eſt & uētoſitatis deſtructiua: & īdcirco ad ſputationes conuenit: & animoſitates que ad uenerea pertinent:& diaforat & ſiccat moderate: eſt enim de fortiter deſiccātibus farmacis. Et SERA. auctoritate Dyas.ruta ē de rebus magis cōferētibꝰ inflationibus & uentoſitatibus & ipa extīguit libidinē coitus: ūde domeſtica & ſilueſtris ſunt ambe calefactiue, aduſtiue, prouocatiue urine & menſtruorum. Et quando cōmeditur ruta:aut bibitur ſtringit uentrē:& q̄do ſumitur in potu ex ſemine cuiuſcunq; q̄titas unius caluf cū uino ē medicamē conferens multuꝫ medicinis mortiferis. Et quando cōmedūtur folia eius ſola: aut cū ficubus ſiccis & nucibus auferūt nocumenta medicinarum mortiferarū, & eſt ultima medicina contra maliciaꝫ uenenorū quando adminiſtratur ſicut diximus. Et quando cōmeditur & bibitur ruta, ſemper abſcindit ſperma: & quando coquitur cuꝫ aneto ſicco & ſumitur ſedat tortiones:& q̄do adminiſtratur in hunc modū, cōfert dolori

lateris: & dolori pectoris & aſmati: & tuſſi: & apāti pulmonis:& ſciatice & dolori iuncturarum:& rigoribus. Et quando coquitur in oleo & ponitur in criſteribꝫ cōfert inflationi matricis & inflationibus & doloribus recti īteſtini Et quando teritur & conficitur cum melle & linitur ſupra collum matricis confert dolori eius & ſuffocationi matricis. Et quādo coquitur in oleo & bibitur occidit:& expellit lumbricos: & conficitur cum melle & fit emplaſtruꝫ dolori iuncturaꝝ & dolori ex cōcuſſiōe & fit emplaſtrum cum ea & ficubus hydropiſi carnoſe. Et quando coqt̄ cum uino uſq; ad conſumptionem medietatis uini:& bibitur confert ſpeciei humide ydropiſis. Et q̄do cōmeditur ſola ſicut eſt aut ſalita acuit uiſum: & quando fit emplaſtrū cum ea cū ſanich ſuper oculū,ſedat dolorem eius:& q̄do teritur & miſcetur cum aceto & oleo ro.& fit linitio cum eo ſedat dolorem capitis:& q̄do intromittitur in naribus ipſa aut ſucus eius abſcindit fluxum ſanguinis ab eis:& quando admiſcetur cum nitro & fricatur inde morfea alba aufert eam:& quando fit emplaſtrum cum ea cum meile & albumine ſup empetiginem confert ei:& quando ſucus rute calefit ī cortice granati & diſtillat̄ in aurē confert dolori eius:& miſcetur cū ſuco feniculi & melle & fit colliriuꝫ cū eo et confert dolori uiſus:& quando miſcetur cū aceto & oleo ro.& cōficit̄ cum ceruſa & fit linimentum cum ea cōfert heriſipille & formice:& ulceribꝫ capitis humidis:& ruta q̄do maſticatur poſt cōmeſtionem ceparum & alliorum aufert fetorum illorum.Rutam ueneis reſiſtere muſtele docēt q̄ q̄do cū ſerpētibꝫ dimicature ſūt cibo eiꝫ armantur. Docuit etiam rex ponticus q cū fratris ſui timeret inſidias rute folia cū duabꝫ nucibus & totidē caricis admixto ſale ieiunus acceperat. Agreſtis ſi ſumat̄ nimis de ipa occidit:& q̄do ipa colligit̄ maxime cum inceperit apparere flos ſi carnem tetigerit ulcerat & facit inflare cum pruritu q̄re oportet qui uult eam colligere q ungat manus & faciem cuꝫ oleo ro. Et extimauerunt quidam q ſi ſucus eius aſpergatur ſuper pullos gallinarum non comedit eos miluus. Et putant quidam q illa que naſcitur ī macedonia prope fluuium qui dicitur archimon quando cōmeditur occidit: & loca ī quibus naſcitur ſunt loca ſerpentum plena:ſed ſemen eius quando bibitur confert doloribus intrinſecis: & ip̄ꝫ ingreditur ī cōfectionibꝫ medicinaꝝ & eſt iuuatiuum. Et idē auctoritate Rufi Ruta domeſtica ē medicina maxima iuuatiua inteſtinis interioribus & confert uiſui:& gūmi eius eſt ca.ī fine tertii gradus ſic.in tertio, curat ulcera oculi quando puluerizatur ſuper ea:& confert ſcrofulis que fiunt in gutture & ſubaſſellis

Rutela eſt genus aranee & uocatur tarantula

Ruteſicar .i.naſturcium.
Rutinor .i.abrotanum.

Rutib ē qđ facit ſtare ſicut ſtat hō cū erat tenens faciem ſuam & uentreꝫ ſup terram.

CAP. CCCCCCXIII.

Hule arabice latine ren.

SERA.li. agg.cap. Rhule auctoritate galiēi renes ſani ſunt ex piſcibus illis q ſtīci dicuntur: Et quidam deferuntur ex babiloīa:& quidā ex yndia:& ex eis ſūt qui generantur in mari cozum:& ex eis ſunt qui reperiuntur ī regione lodie: & ſunt ſp̄es ſtellionis aquatici:& ipſi qdē deſiccantur in tempore autūpni. Dyas. ſtincus aīmal eſt qđ & in yndia repitur q̄drupes ſimile lacerte:& multo maius et longius et uentoſius aptum ad uenéreos actus ſꝫ ī noſtris ptibus habemꝫ eque paruulos ſicut ſūt lacerte, nouiter orte et in aqua ſunt degentia.POSSE SERA .q̄do ſumitur ī potu ex eo qđ ē iuxta renes ſtīci ſtimulat fortiter libidīeꝫ et hec medicina īgredit̄ in cōfectioībus

ad excitandū deſiderium coytus. Et idem auctoritate Alcanzi ſi bibitur ex renibus ipſis ſolum facit erectionem nimiā uirge adeo q̄ oz fieri medicinaz extinguentez ipſum: eſt ca. complexioīs et auget ſperma et libidinem: et melior ex hoc piſce eſt ille qui eſt maior et pīguior. Dyas. faciūt ad uenereos uſus ſi caro eius uno ciato potetur. Nam ſi plus ſumatur neruos ledit. Paulus cap. de ſtinco ca. complexionis eſt et ſic. ī iii.

SEQVITVR DE .S.

Abates ē nota gaudii.
Sabat. i. ſalſa q̄ fit cū aceto
Sabar. i. aloe
Sabaſa .i. cocule que a ſancto Iacobo apportātur poſtq̄ exterior cortex fricādo ablatus fuerit et margarite ſimilantur.
Sabanum .i. paniculi qui ſunt ītra grana granati uel bōbicinus pānus
Sabagit, .i. cibarium cū iure uel ſalſamēta liquida in quibus tīgitur aliquid ut caro uel aliud.
Sabauri .i. ſubtilis
Sabacen .i. nabach
Sabran .i. eſula
Saber .i. aloes
Saberemi .i. eſula
Sabel uel ſebel. i. caro rubea creſcēs ſup albedinem coulorum ex uenis contexta ad modum rethis et palpebra īuerſatur et fit rubea et aſpera.
Sabolenegi .i. emathites
Sabdenegum idem quod ſupra.
Sabiboníchimi. i. bona ſucoſitas anteq̄ ſanguis fiat

CAP. CCCCCCXIIII.

Abon. i. formicariuz: latine ſapo: Sapo fit ex forti lixiuio & quacunq; pīguedine: cuius multe ſunt ſpēs. Eſt enī ſpatarenticus qui ſic dicitur eo q̄ incidit ut ſpata & iſte uocatur iudaicus quo iudei lauāt ſericū: et eſt ali9 gallic9 et ali9 muſcatus et alius mollis et niger & uocatur ſpatarentus. SERA. li. agg. cap. ſabon auc. Pauli uirtus eius eſt que abſtergit & purificat & ē ca. & ulcerat corpus & eſt fortis in hoc: & eſt bonuz ad maturādū apāta dura & ad tollēdū ſaniem & ad mollificandū apoſtemata dura. Et idem auctoritate raſis ē ca. & ulcerat corpus & eſt fortis in hac operatione.
Sabor .i. aloes
Sabot eſt nomen cuiuſdam piſcis & eſt ſpinula.
Sabonion .i. ſpelta.
Sacamine .i. mora celſi
Sacandulion eſt portulaca ſilueſtris laxatiua & lacticinioſa.
Sacach eſt roſa rubea uehementer.
Saccaron ē mel in arundinibus collectū candidum dentibus fragile ad auellane magnitudinem & eſt zucarum after.
Saccara idem quod ſupra
Sachahachahemenon. i. flos papaueris
Sachahic eſt flos papaueris albi.

CAP. CCCCCCXV.

Achabenz arabice grece & latine ſerapinum. SERA. libro agg. cap. ſachabeng: ſiue ſachabenigi auctoritate Dyas eſt gūmi cuiuſdam plante ſimilis galbano in figura ſua & ē una ex ſpēb9 ferule ſicut apparet in littera ferula. Melius autem ex eo eſt clarum exteri9 rubeum: & interius album: odor eius eſt inter odorem aſſe & odorem galbani. POSSE. SERA. auctoritate Dyas.

confert dolo ri pectoris & attritioni lacertoꝝ:& tuſſi ātiq̄:& aufert ſuꝑfluitates groſſas que ſunt in pulmone: & curat epilenticos:& ſpaſmum cuꝫ facit declinare capuꝫ ad poſteriora: & ualet dolori ſplenis & paraliſi:& illi q̄ amiſit ſenſum & motum alicuius membri cā frigiditatis q̄ accidit neruis:& cuſtodit corpꝰ a frigore:maxime uero a frigore febrium ꝓdicarū:& fit cum eo iūctio in doloribus magnis:& confert. Et quando bibitur cum idromelle ꝓuocat menſtrua & interficit fetum.Et quādo bibitur cum uino confert morſibꝰ uenenatis: & quando odoratur confert ſuffocationi matricis:& quando linitur cuꝫ aceto ſuper cicatrices attenuat eas & iſpꝫ abſtergit ueſtigia ulceꝝ oculorū & confert obſcuritati uiſus: & aque q̄ deſcēdit ad oculū:& ꝓhibꝫ eā & diſſoluit̄ ſicut diſſoluit̄ aq̄ cū aīgdalis amaris ut ruta:aut pane calido & ſic admīſtrat̄ ad ea que diximus: & eſt contrarium uenenis mortiferis:& aliquando teritur cum aceto & linitur ſuper ordeoluꝫ & aufert ipſum:& confert collice.& q̄do ſumītur in potu:aut fit cum eo criſtere purgat flegma groſſuꝫ qđ ē in iūcturis & mollit uentrē mollificatiōe cōpetēti: et cōfert emoroibibꝰ q̄do ſuīt̄ ſimplex aut cōpoſitū:et eſt conueniens medicīs laxatiuis acutis:et expellit uentoſitates groſſas:et diſſoluit lapidem:et confert rigoribus febrium:et auget ſperma:et ē bonum epati:et purgat aquam citrinaꝫ et cōfert pūcturis ſcorpionis:et cōfert uentoſitatibus inteſtinorum & coſtaꝝ & purgat flegma uiſcoſum:& doſis eiꝰ ſimplicis eſt a.ʒ.i.uſq; ad aureū.i. īfuſi aliqua decoctione:aut in aqua rute: aut aq̄ mellis:aut fenugreci:& ſi admiſcetur cum aliis medicinis infrigidatur:et ſic doſis eius ē a.ʒ.ʒ.uſq; ad.ʒ.i. Et meliꝰ ē illud cuius color declinat ad rubedinē et eſt clarum habens odorem bonum et acutum ſaporem:et confert doloribus emoroidarum quando bibitur ſimplex aut compoſitum:& eſt conueniens adminiſtrari cum medicinis laxatiuis: & prohibet difficultatem:aut grauedineꝫ earum ſuper naturaꝫ:& reſoluit uētoſitates groſſas q̄ generantur in corpore GAL.viii.ſimplicium farmacoruꝫ cap. de ſerapino ſerapinum.i.ſerapinū opos eſt ca.& ſubtiliū partium ſimiliter aliis opis:habet autem & quid abſterſiuum quo & cicatrices que ī oculis expurgat & ſubtiliat: quinymmo ſuffuſioībꝰ ꝓp groſſiciem humorum fientibus bonum eſt farmacum. Ipſa uero planta ex q̄ fit ferule ſimilis exiſtēs debilis & ītutilis eſt: nominatur autem principalius illa ſerapinum:opos enim eius ab utentibus nomīatur ita ſicut & alia multa ꝓpter defectuꝫ uocabuli nominamus abuſiue melius erit ipſum non ſerapinū:ſꝫ opos ſerapini dicere. Paulus cap.de ſerapino ca.eſt & ſic.in tertio gradu & iſpꝫ diſſolutum in ſuco rute frangit lapideꝫ & facit urinare :& fit collirium contra pannuꝫ oculorū:& confert obſcuritati uiſus & aque deſcendenti ad oculū cuiꝰ receptio ē hec. Recipe ſerapini.ʒ.i.diſſoluatur ī.ʒ.i.ſuci celidonie zucari.ʒ.ii. & diſtillet̄ cū lacte mulieris ana eq̄liter.

Sachaſi .i.filix
Sacharch .i.papauer nigrum cuius flos eſt rubeus totus
Sacra herba .i.berbena
Sacer ignis .i.ignis perſicus
Saceatum .i.uinū ex fece ſacris expreſſum
Sacheifaciroſa .i.ſpica
Sacilio .i.affodillus
Sachilio idem quod ſupra
Sachilie lūcenea .i.roſa regis & alio nomine uocatur chiſcebenium
Sachidalion .i.affodillus

CAP. CCCCCCXVI.

Achiliēmenie arabice grece blitoci:uel bliton:uel olus iamenuꝫ:uel olus coxilides: latine uero beta agreſtis:uel blitis SERA.libro agg.cap. ſachilie menie ſiue Sachalaiamena auctoritate Galieni ſachiliemenie. i .olus iamenum

omnibus eſt notum uirtus eius eſt fri. & hu.in ſecundo gradu. POSSE. SERA. auctoritate Dyas.herba ipſa cõmeditur & mollit uentrem & non ẽ oĩo uirtus in ea ex rebus medicinalibus & habet in ſe aqueitatem multã pluſq̃ omnia alia olera:& quando fit ẽplaſtrũ cum ea ſuper apoſtemata ca.confert: & ſedat ſitim & tuſſim'que fiunt a caliditate. Et ipſum eſt pauci nutrimenti q̃do cõmeditur:& tarde penetrationis. Et idem auctoritate Yſaac quando fit emplaſtrum cum radice ipſius confert ulceribus que dicuntur faui a quibus emanat humiditas ſimilis melli. Et idẽ auctoritate Habyx ẽ fri.& hu.ĩ ſecũdo humiditas eius ẽ amplior q̃ humiditas lactuce & cucurbite & ſubſtãtia eius ẽ aquoſa non habens in ſe groſſiciem qa cito deſcendit & mollit uentrem. & iõ modice reddit nutrimentũ ex ipſo. Et exprimitur ſucus foliorum & miſcetur cum oleo ro.& confert dolori capitis q̃ accidit a calore ſolis. Et quando coq̃t herba ipſa & proiicitur ſup ipſam oleũ amigdalarũ & ſucus malorꝝ granatorꝝ dulcium confert tuſſi ſicce que eſt cuꝫ caliditate & aſpitate pectoris.DYAS. blitis fri.eſt & hu.nimis relaxat & comeſtus uentrem mollit:euſtomacus eſt et indegiſtibilis hũi. corporis medicamibꝰ nõ facit:natura eiꝰ ſine actimoĩa uiſa eſt uentrem uſq; ad colerã plerũq; conturbat. Et idẽ auctoritate Hippo. precipit ad ſiſtenda nimia menſtrua feminarum in cibo dandum clauos .i. porros pedũ ĩpoſito eo liniri & cõprimi credunt, ſucus eius ex uino datus utiliter ſcorpionũ uenenis reſiſtit. qbus etiam putant ipſum tritum & ĩpoſitũ plagis mederi.

Sachilie .i.affodillus
Saclinotus .i.pulegium
Sachilic bũcena .i.roſa regis & alio nomine uocatur ſahachiſcelnenam
Saclinabiam .i.abrotanum
Saclinopus idem quod ſupra
Sacholochadea ẽ nomẽ cuiuſdã uermis habentis .xiiii.pedes
Sacholomas ideſt ſtolimas, pro quo lege.l.cardus ſilueſtris
Sacholamos idem
Saccon .i.prima ſp̃es calcãti
Sachuhi fandaricon.i.ſcolopendria
Saculon fandericon idem quod ſupra
Sacundulion eſt portulaca ſilueſtris q̃ eſt laxatiua ualde
Sacudeum .i.allium agreſte
Saccupalea quid eſt.l.l.cinoſbatus
Sadaf .i.coclea marina
Sedafa.i.qđ fit de cocleis q̃ apportãtur de ſancto iacobo poſtq̃ exterior cortex fricando ablatus fuerit & ſimilantur margarite

CAP. CCCCCCXVII.

Adaram ſaderna SERA. libro agg.ca.ſadaram & eſt dictũ ĩ lingua perſica nigrũ cadaka & eſt res nigra cum qua tinguntur ligna in chaaman & eſt herba uel ſucus magne nigredinis ĩgrediens in medicinis odoriferis: & zebara & eſt algalia habens odorem'bonum:& ĩgreditur ĩ medicĩs ad multa huiꝰmodi eſt fri.& ſic.in tertio gradu. Et idem auc.Aben meſuay eſt fri.& ſic .ĩ tertio gradu & ſtipticũ prohibet ſanguinis fluxum:& confert caſui capillorum.
Sadar .i.agrifolium, cuiꝰ fructus dicitur nabach.
Sadage .i.folium.
Sades quid eſt.l.l.oſtracorum
Saderna .i.nigrum
Sadenig .i.pulegium
Sadenigi .i.ematites
Saderna .i.ſadarã
Sabeb .i.ruta.
Sadurum .i.ſcotomia
Sadurief .i.amomum
Saduriar idem quod ſupra
Safati .i.puſtule faciei.
Safas ẽ illud quaſi ſtannũ qđ remanet quando efficitur ceruſa & eius ſubtile eſt ceruſa:uirtutes eius ſunt in affideos
Safan .i.album
Safara .i.abrotanum

Safar .i.gariofilus
Safarum .i.oleum in quo eſt infuſum ferrum
Saffaf .i.ſalix
Saferetrum .i.baſilicon
Safer .i.ſubet
Safena ē uena que ē ſub cauilla pedis
Sagapinum .i.ſerapinum
Sagaos .i.nitrum
Sagarion .i.abrotanum
Saginatus .i.pinguis
Sagimen .i.berbena
Sagi .i.panicum
Sagonu .i.agnus caſtus
Saginon idem quod ſupra
Sagofilon .i.millefolium
Saguaſara .i.abrotanum
Saguar .i.alumen
Saguari idem quod ſupra
Saha eſt ſp̄es conſolide
Sahara ſubez: uel ſubezia .i. uigilatio dormitatiua.
Sahade .i.ſapurios
Sahafa .i.morbillus
Sahati .i.albuz
Sahanicus ē genus cibarii & ē cōpoſta.
Sahati ſcelneman .i.roſa regis

CAP. CCCCCCXVIII.

Ahanc arabice grece tymbra, latine ſaturegia. SERA. li bro agg.cap .ſahanc auc. Dyas.Sahanc ſiue Sahater eſt plāta omnibus nota.Naſcitur locis ſaxoſis & aſperis & ē ſimilis thimo niſi quia folia eius ſunt maiora & molliora & habet ſpicam plenā floribus,quorum color tendit ad citrinitatē & uiriditatē Et uirtus eius eſt ſicut uirtus thimi:& admīſtratur ſicut thimus:& ē ca.& ſic. in.iii. gradu & ponitur in cibis & q̄dā ex eis ſumitur in ortis: & eſt debilioris operationis q̄ alia:& ipſa ē magis conueniens in cibis quoniā acuitas eius eſt magis remiſſa. POSSE. SERA. uirtus timbre eſt calefactiua multum: & deſiccatiua & reſolutiua:& ꝓuocat urinam & menſtrua:& expellit fetuz:& facit excreare ſuperfluitates a pectore. Et idē auc Abē meſuay.ſaturegia ē ca. & ſic.in tertio gradu & magis agreſtis & ꝓprietas eiꝰ ē qꝫ expellit ſupfluitates q̄ ſunt ī ſtomaco:& prouocat mēſtrua & acuit uiſum debilitatū ab humiditate & iō cōmeditur in hoc caſu cū rafano & bederaos:& confert dolori ſciatice quando fit emplaſtrum cum ea cū frumento trito: & agreſtis fortior eſt domeſtica.

Sahaphach ſecundum Auicenam eſt ā ſūma bothor ulceratorum:& dicit ſaphati incipiens eſt bothor prouexieus diuiſe medicatione locorum:deīde ulceratur ulceribus cruſtoſis & ſunt ad rubedinem decliues:& quando mittunt uirꝰ nominatur ſeregī ſahafan. Aliq dicunt qꝫ ſahapha ſunt macule rubee q̄ ſunt in facie cum puſtulis paruis.

Sahafad idem quod ſupra
Sahafari idem quod ſupra
Sahalide idem quod ſupra.
Sahic eſt interfector patris ſui & eſt ſatirion.
Sahik .i.roſa rubea uehementer
Sachaſules .i. apoſtemata cerebri
Sachaik alnectā.i flores papaueris rufi & ē ſīliter panniculus accidens oculo ex īflatiōe ueāꝫ eiꝰ apparētiū ī ſupficie cōiūctiue:et cornee
Salkaich elnemē idem quod ſupra
Salaliſtes .i.lapis

CAP. CCCCCCXVIIII.

Alamonica ē herba ſecūdū auic.li.ii.in proprio.cap. q̄ īuenitur ī mōtibus yſpanie ſilis aneto humido, & folia eiꝰ ſūt ſicut malua & poma eiꝰ ſūt pua & īuoluitur ſup arboreꝫ ſicut uolubilis uulgus eniꝫ extimat qꝫ ex eo fit ſal armoīacū ē reſolutīa & exſiccatīa cōfert poſita cū aceto ſup heriſi pillā & linit ſup apāta flātica & ſup ulcera ambulatīa & linitur ſup podagrā & cōfert ei ſuppoīt cū oleo.ro.ad dolorē matricis & linit ſup mordicationeꝫ ſcorpionis

Salchruharet .i.ſpoliuꝫ ſerpentis
Salmacina .i.ſalſa
Salſa .i.argilla uel creta noua
Salethea .i.caſſialignea
Saleghea idem quod ſupra
Salen .i.ſanguis draconis
Sale .i.auena
Saleremi .i.eſula
Salmētana .i.platociminum
Saler .i.aloes
Salis equina .i.cauda equina
Salix qd ē.l.l. chulef
Saliunca.i.ſpica romana genus herbe q̄ radiculas & folia ſubrufa hꝫ & flores ſimiles uiole pluriōs q̄ a terra refoſſa ī modum ſcopuloꝝ cōſtringitur Naſcitur autem in lapidoſis locis ſūmis:et in norica regione:Illa uocata eſt optima q̄ eſt odorifera & ſine ſablone: et recens plurimos ramos & radices habens poſt eādē q̄ & ſpica celtica q̄uis īfirmior ſit Dyas quidam mētientes dicunt ipſam eſſe ſpicā celticā & pro ea ipſaꝫ uēdunt
Saliola .i.centaurea
Saluia paulus ī ꝓprio.cap.fortis opacionis eſt illa q̄ ē famelici hoīs & ieiuī:et ꝓprie cuiꝰ cōplexio ē ca.uſq; ad empetiginēꝫ :et confert palpitatioī palpebre & albuginī:et interficit uenena omnia
Saluede .i.rubeus
Saluicula .i.centaurea
Salpinga .i.fiſtula qua ſugitur aliqd exiſtens in aure.
Saluia uſualis quid eſt. le. eliffagus
Saluia romana idem quod ſupra
Salorbia quid eſt.le.hachille
Saloca .i.caſſialignea
Sal coſtū .i.ſa lgemma
Salmoran .i.piretrum
Salu .i.paſtinaca
Saluſtran .i.bdelliū
Salmuria quid eſt.le.garus
Salſugeꝝ .i.almuri
Sal quid eſt.le. malk
Sal metallinꝰ .i.ſal gēma.
Sal alkali uel alkal fit in hunc modum accipe de herba kali q̄ alio nomiē uocat uſnen & fac in terra foueā magnam & ꝛple foueā ex herba illa dum eſt recens & accende ignem in ea :et quando erit illa herba cōbuſta pone de alia ſupꝫ eam & fac ita donec fouea erit plena ex illa herba bene cōbuſta & dimitte extīgui ignem & īfrigidari cinerē deīde detege ſub cinere fouee quia tu inuenies ſalem nigrum petrificatū uel cohagulatum in magno globo in fundo fouee
Sal capadocium .i.ſal uſualis
Sal anderene.i.ſal alexādrinū uel lucidū & eſt ſal nitrum
Sal taculum debet dici ſal coculum & eſt ſal cōbuſtum pro quo.l.malk
Sal armoīacū dicitur qa ī armeīa repit quod dicunt quidaꝫ ex herba fieri licet falſo & quid ē & quomō fit.le.nuſador
Sal trageſicū illud nō habēꝰ ut ī alexādro.
Sal petroſū ē fuligo nata ī tectis balneoꝝ
Sal nafricus eſt ſal nigrum
Sal maſſe eſt ſal uſualis
Sal lucidum .i.ſal nitrum
Sal gēma dicitur qa clarū eſt ut gēma & eſt uena terre & ē ca.& ſic.& habet effectū ſalis armomaci fit ex eo ſuppoſitorium
Sal nitrum & baurach.i. affronitꝫ: & quoddā eſt naturale:& qddā artificiale ut apparet ſi le.baurach
Sal mineralis eſt ſp̄es ſalis q̄ reperitur in mineris mōtiū cuius uirtus eſt ſatis corroſiua & deſiccatiua quod inuenies ſi.l. malk
Sal arſenicum .i.arſeīcū ſubliātuꝫ
Sal panis.i.uſualis pro quo.le.malk
Sal yndus eſt in colore ſalis & dulcedīe mellis ut Auicena quarto canone fen. prima de aſperitate lingue & eſt zucaꝝ qđ inuenitur cohagulatum ſuper cānā mellis ī yndia ſicut ſal loco eiꝰ ponūtur candi.l.zucarum
Sal taberzet.i.ſal gēma illud uocabuluꝫ ponit.auic.iii.canone.cap.đ cura retēſioīs urine
Sal ſodome quid eſt.le.malk
Stadiori herba ē que naſcitur ī ſupficie aque ſine radice cum foliis ſimilibus ſemperuiue pro q̄.l.l.gahaleb
Seutloth .i.beta
Selini ſperma .i.apii ſemen
Selion .i.apium
Semidaleos .i.lirico
Semiſſe .i.medietas
Seniſion .i.cardus benedictus & dicitur ſeīciō, qa ſeneſcit & caleſcit tempore ueris caput eius.l.l. criſion
Seneſcio idem quod ſupra
Sedum idem quod ſupra
Sepedāne .i.cicer arborum
Senaſia .i.confectio
Seca .i.yſopus
Seperos .i.bacce laurī
Selmiſia .i.ſpuma lune & eſt talk
Seſurem .i. abſintium
Secacul .i.yringi
Semen bulbi.i.ſemen cepe domeſtici
Selinium.i.apium ,p quo.l.l.apium
Selinum idem quod ſupra
Selinum equinum .i. macedonium pro quo.l.l. quā ſupra
Seiſegurab .i.abrotanum
Serpentaria minor.i.aaron & ē alia maior que uocatur luf
Sedar .i.arbor cicoraſi
Septemere .i.ſerapinuꝫ
Serpillum maius .i.ualeriana
Senation .i.naſturciuꝫ aq̄ticū le.herocalchai
Semina cōmnuia ſunt quatuor ſemīa frigida & habentia cōmunem opationē .ſ.ſemina melonis:citrulli:cucumeris: & cucurbite
Sedum turnas .i.nucleus.dactili
Semīa frigida q̄tuor ſūt ſemīa cōmuīa
Semores ē quoddam genus piſcis
Seſien .i. ſanguis dracoīs

Secaniabin .i.oximel
Secara .i.canis maior
Seten .i.ſalſe de piſcibus que fiunt in egipto
Serigueth .i.partes
Scini .i. pira porcina & ſunt ſilueſtria
Sexabaran eſt nomē grecū erochalcha
Sehebingi .i.abrotanum
Sentar .i.pes colūbinus cū tingitur cera
Seterig idem quod ſupra
Seleylen .i.lolium qđ naſcit in ſegete
Seley idem quod ſupra
Seres .i.lac acetoſum
Setaragi indi .i.tapſia
Seiſec .i.mandragora
Sedengi i.ſemen canapis
Senabs .i.lentiginoſa
Secabinici .i.ſerapinum
Sekſembubari.i.herba croci ortulani
Seben eſt quedam medicina ynda
Sekelibet .i.darſeſahan
Sereteregi .i.lac ordei
Seretis .i.ſiſamum & ideo-mate noſtro uocatur ioriolena
Selocha .i.caſſialignea
Semabras aira eſt coquareus
Sericum .i.ſeta
Sechil eſt arbor ex genere ſpinarū cuiꝰ folia ſimilātur foliis ſpine albe:Lignum enim durum īputreſcibile & dicitur qꝫ ē incombuſtibile quo antiquitus fiebāt altaria in quibus ut non comburerētur propterea q̄ſi in eis accendebatur ignis ad ſacrificium faciendum
Semen lini quid eſt le.l.bararichichene
Seni eſt proprium nomen loci ultra mare ī yndia ut apparet ſi.l.l.meadhayſe & litterā halilig:& litteram barfalendi.
Senades .i.lapis ematites
Serantica .i.deſiccatiua
Sel quid eſt.l.l. bel
Seduntirmas quid eſt.l.l.nakala
Seris eſt ſpes ſcariole & ē cicorea
Seleniabin.i.zucharum ro.l.l.gelenabin
Seid .i.duarum arūdinū intra adiutorium & manum

Sete colerice ſunt que ſimiles ſunt empetigini.
Selet .i.bleta
Semorion idem quod ſupra
Serſar .i.ferrum
Serum armena .i.abſinthium
Setefiſie .i.ruta agreſtis
Sedimen in urina dicitur a ſedeo ſedes eo qꝫ in fundo ſedet
Secrārach.i.lac uel urina ueſpertilionis
Sedaneg .i.lapis ematites
Sedenigri ſunt quidam lapides ſic nominati ut ſupra emat.tes
Seedenigre idem quod ſupra
Sednie idem quod ſupra
Seoregi .i.oleum ſiſaminuꝫ
Semerion .i.ſpes apii cāpeſtris
Seytrayreꝫ ſunt duo animalia
Seregeis .i.herba
Semperuiua hic ſcribe qđ eſt in littera helaalabem
Seemeniga eſt quoddam genus eſule q̄ uocatur eſula campeſtris
Selgen .i.nappus
Serben .i.cedrus
Selios .i.iectigacio
Senadus quid eſt.l.l.cardel
Serpens uentris .i. lumbricus latus & longus:iſtud uocabulū poīt Auicēa ſecundo canone cap.de capparo
Sefiros .i . apoſtama duꝛ cui non aſſociatur ſenſus neqꝫ dolor & eſt melancolicum
Seſalaucham .i.apium ſilueſtre
Setaromata ē apoſtema qđ cum frāgit exit ab eo aliquid ad modum p̄iguedis.
Setantica .i.deſiccatiua
Sedenach .i.lapis ematites
Seiebiet hec ē araēa habēs plures pedes & longos
Seedes .i.polium
Seuthlo .i.bleta
Septe pinece .i.ſerapinum
Serpido .i.rubor cutis cum puſtulis
Sempebeliaſtum .i.afronitrum
Setatis uel naten .i.ſpica celtica
Seil quid eſt.l.l. caxachax
Semicupium .i.tina

Seperos .i.bacce lauri
Selia .i.caſſia
Sentix .i.rubus.l.l.rannus
Sentices idem quod ſupra
Selekuſia .i.ſpuma
lune & eſt talk
Serigene .i.canna mellis
Senation quid eſt.l.l herocalcain
Sedia .i.caſſia
Septicum .i.redarguens
Serpellium .i.ſerpillum
Seene .i.ſal de piſcibus
Sem .i.pili porcini

CAP. CCCCCCXXXVI.

Ertula Dyas cap. ſertula herba eſt humilis:odore ſuauis : & colore exalbida : floſſellum habens ſubruſuꝫ illa uero melior eſt que eſt uaſta & non nimis exalbida & recens:uires hꝫ leīter relaxantes:& ideo tumorem oculorum ſedat locis debilitatis & neruoſis ex aq̄ multa cocta & fomentata facit
Semen lumbricorum quid eſt.l.l.kābel
Semen quid eſt.l.l.almech
Sehexabram quid eſt.l.l.ſtrexabram
Sextarius eſt pōdus librarum duarum & dimidie
Serapinum quid eſt.l.l.ſacabenzg
Seſabriſalan eſt grecū & intepretatur mirtus
Secheſabren idem quod ſupra
Sea .i.ſticados arabicus
Seldebinegi .i.opoponacum
Sentar .i.pes colūbinus
Setabit .i.ſemīa pappaueris
Semin .i.dentifrigium
Senapiones .i.ſenationes
Seraſfi.i.torax uel oſſa pectoris
Sediti .i.folium
Seberig .i.fructꝰ mādragore
Sertegi .i.oleum ſiſaminum
Serib .i.ſilueſtris
Seiſech .i.mandragora
Semaths .i lentiginoſa
Seedeb .i.ruta
Serpentaria qd eſt.l.l.luf

Serpentina idem quod ſupra
Setati .i.apoplīa
Serſemie .i.orobus
Set .i.lacca
Sentix eſt quilibet fructex ſpinoſus
Serpigo .i.indurata ēpetigo
Seta quid eſt.l.l.haeir
Sedar .i.agrifolium
Sericon eſt fex plumbi poſt exitum ceruſe:& eſt ceruſa uſta & ē rubea debet dicere ſuricon ut apparet ī.l.ſuricon
Sedine .i.lapis ematithes
Sebaſta .i.ſulfurata
Sera afadizarabazen .i.agnus caſtus
Semen ſule .i.arterice:ſꝫ falſo.ſꝫ alterius herbe dulciſſime & placide eqs qua herbantur equi calabrie.
Seilen .i.folium yndum
Sedina uedina .i.apoſtema molle
Semiſen .i.ſiſamus
Secabiniti .i.ſerapinum
Sealdeus alnabati.i.herba croci ortulāi
Selichi .i.ozimum latum
Serum .i.butirum coctum
Serpis quid eſt.l.l.latamie
Seegi combuſti genus uenenoſuꝫ
Sehedengi .i.lac ordei
Sembellia .i. medicina ynda compoſita ex aromatibus & laxatiuis quibuſdam ut apparet in littera gallia
Secati .i.argimonia
Seofe .i.ſpongia marina
Seren .i.lac ordei
Seruracula.i.ſp̄es braſſice criſpe
Sen eſt proprium nomen loci
Seregeis nominatur perſice kildarium
Selgen .i.napus
Senzen idem quod ſupra
Seriones .i.pedicelli
Sextex nextex .i.ſal gemma
Setei .i.apoplexia
Semericon .i.ſemen api cāpeſtris.i.ſilueſtris uel ipſa herba
Sereram .i.tapſia
Serpentes uiſcerum .i.ſolea
Sebellia eſt medicina ynda & ē ſebe
Setica .i.emigranea
Serpillum quid eſt.l.l.numir
Sedon .i.cardo benedictus

Semerion	.i.apium ſilueſtre
Seelen	.i.agrimonia
Serenz	.i.ſcariola
Senex	rubus

CAP. CCCCCCXXXVII.

Ebeſten latine:grece mahalomagiata ara.faulis ſebeſtē & in lingua perſica uocatur mamilla canis.unde ſebeſtē mamilla canis fert perſica lingua. SERA.libro agg.cap. faulis ſebeſten aboauſe mochiata ſūt noīa iſtiꝰ arboris fructificantis fructus dulces nomināt eos gentes fauliſ ſebeſten Et idem auc Yſaac benarā mochiata ē roth ī arabia: & eſt arbuſtum altum ſuper terrā ſicut haſta habens corticem cuius color uergit ad albedineꝫ & ramos:quoꝝ cortex uergit ad uiriditatē: & hꝫ folia magna rotonda:& habet racemos quoꝝ ſapor eſt dulcis:& uua eius eſt magnitudinis nucicule q̄ poſtea glauceſſit cū maturat & habet interius uiſcoſitatem albam: & granum qđ eſt ſicut granum oliue:hic fructus colligitur & exſiccatur donec paſſus ſit:& eſt illud quo utimur in medicina: & eſt medicamen medium in cōplexione ſua in ca.& fri.laxat uētrē febricitātium:confert tuſſi que eſt a ca. et ſiccitate:et lenit pectꝰ:& ſedat catarꝝ ca.ſtipticum propter eius humiditatem & confert ardori urine que fit propter mordicationē colere in ueſica & ī reībꝰ: & expellit uermes inteſtinorum quia adherent ei propter dulcedinem ſuam

CAP. CCCCCCXXXVIII.

Edis arabice gre.malabatrū latine uero folium SERA. li.agg.cap.ſedis auc. Dyas. ē herba que naſcitur ī īdia ī locis humidis & paludoſis carēs radice colliguntur hec folia ī aqua ſupnatātia Eſt autem optimū qđ eſt leue & albidū uel nigroſum nardi referens odorē ſine ulla ſalſedine ac diu multumqꝫ reſeruās hanc herbam cum indi colligunt ſerūt filo lineo & ſiccant eſtate:aliqui etiam illos ramos colligunt & ſic ſeruant: & quando terra cu omnibus herbis eſtate ui caloris areſcit niſi foco herbe aride fuerint peruſte alio āno nullam generāt herbam. Eſt autem foliū integri odoris cum ſuauitate ſtipticum:& diu cum diuturno odore: uirtutem habet ſpice nardi:quia ſimiliter eſt diureticum tumoribus oculorū elixū in uino fomēto adhibetur:puluerē eius in aqua fricatū oculis ſuperunge: folium maſticatum diutius odorem retinet qđ ī ueſtimētis poſitum cū fuerit tineolas non ꝓmittit & ueſtibus odorem gratum reddit. Multi putauerunt foliū eſſe nardi īdici folium ſꝫ falluntur.Et ideꝫ auctoritate Galieni uirtus eſt ei ſimilis uirtuti ſpice uerum eſt fortioris operationis.Paulus cap.de folio ca.eſt ī ſecundo gradu ſic. in tertio.

CAP. CCCCCCXXXVIIII.

Ene arabice grece:& latine. SERA.libro agg.cap. ſene quādo deſiccatur repoītur & ipſū hꝫ uaginas oblōgas in quibus ſunt ſemina ordinate diſtīcta & ille uagine habent pediculum ſubtilē quo adherent ramuli:& quādo agitāt uagine a uento cadunt:& paſtores colligūt eas.POSSE.SERA. auctoritate Abix.uirtus eius ē ca.& ſic.tamē pauce caliditatis & ſiccitas eius eſt ꝓpe caliditatē ipſiꝰ & habet uirtutē magnā quando peruenit ad ſtomacuꝫ purgādi melancoliam & coleram & fortificat ſubſtantiam cordis quādo miſcētur cū eo medicīe quas dixi iuuare ſicut uiola & potio decoctionis plus confert q̄ ipꝫ tritum:& doſis ſicci triti eius eſt.ʒ.i.& in decoctione.ʒ.v. Et idē auctoritate Raſis ſene & fumus terre purgant humores aduſtos & confert ſcabiei & pruritui. IOMES. ſene ē folliculus plāte quā uocāt perſe alzemer:& īueīt ex eo domeſticū & ſilueſtre. Et melior

pars plante eſt folliculus deinde folia:& melior folliculus eſt cuius color declīat ad uiriditatem:& ſubnigredinē quādā: & in quo eſt de amaritudine res modica & ſtipticitate:& qui eſt magis cōpletus & in quo ſunt ſemina ampla cōpreſſa: ſubalbidus autē nō ē bonꝰ & īcōpletus Similiter & folia ſunt meliora uiridia: ſubalbida uero & tenuia nō ſūt bona:& antiquū ex eo eſt ſine ſpiritu:& ſtipites eius ſunt īutiles. Eſt ca. īprīcipio ſecūdi ſiccū in primo:& folia ſunt ī primo ca. & eſt abſterſiuum mundificatiuū conuenienter & reſolutiuum. Debilis eſt & tarde ſolutionis:& debilitat ſtomacum cōfortatur cū rebus acutis ſicut zīziber & ſalgēma:& medicine cordiales & ſtomatice cum eo felicitant opus eius. Et Galienus cum iure gallorum aut carniū ſoluit ſine moleſtia:& ſi infundatur in aqua caſei cum ſpica: deinde coquatur parum eſt medicamen bonum: ſolutiōe educit .n.cū facilitate melancoliam & coleram aduſtam:& mundificat cerebꝝ cor:& epar:& ſplenem:& mēbra ſenſuū & pulmonem:& confert egritudinibus eorum:& aperit opilationes uiſcerum:& conſeruat utentem ipō in iuuentute:& generat gaudium: cām autem triſticie amputat:& ponūtur folia eius ī lauacris ad caput & proprie cum camomilla cōfortat cerebrum & neruos:& ſecunduꝫ omnem modum adminiſtrationis eius addit in uiſum:& corroborat auditum & eſt medicina bona febriū melācolicaꝝ & antiquarum. Doſis eius infuſi potio eſt ab aureis .iii. uſqꝫ ad .ʒ.i.

CAP. CCCCCCXXXX.

Emiiſſem ara. gre. ſiſaminū latine uero ſiſamꝰ uel iorisolena. SERA. li. agg. cap. ſemiiſſen. i. ſiſamus auc. Galieni ni eo eſt ſubſtantia unctuoſa quantitate non pauca:& uirtus eius eſt que mollificat:& eadem uirtus reperit in oleo ſicut in ſubſtācia:& aqua in q̄ coquitur ſiſamus habet eandē uirtutem DYAS. cap. ſiſamīuꝫ ſecūdū tranſlationē grecā malū ē ſtomaco & comeſtū oris fetorem facit:& idē ſecūdū trāſlationē arabicam: quando fit emplaſtrum cum eo mollit duricies neruorum & curat conquaſſationes auriuꝫ & apāta ca. que ſunt in eis:& confert cōbuſtiōi ignis:& dolori colico:& morſui aīmalis qđ dicitur carates:& quando miſcetur cum oleo ro. ſedat dolorem capitis qui fit a calore ſolis. Et planta ſiſami q̄do coquitur cum uino facit hanc eandem operationem:& confert proprie apāti oculi & pulſationi eius. Et idē SERA. auc. Aben meſuay oleum ſiſaminum ē malum ſtomaco & deſtruit eum:& iuuamētū eius ē illis qui habent melācoliā & ſciſſuras in extremitatibus. Nam hi iuuantur multum ex cibo eius:& rugas cutis extēdit & mollit eas:& cōſolidat ſciſſuras que fūt propter deſiccatioēꝫ que ſunt a melācolia:& dicūt q̄ ſiſamꝰ eſt ca. in ſecundo gradu & hu. ī primo & prouocat uomitum quando torrefit & rectificatur & melioratur. Galienus in libro de cibis capitulo de Siſamo. Siſamū cito ſtomacum euertit:& tarde degeritur: & alimentum dat corpori unctuoſum. Rabymoyſes capitulo de Siſamo. Siſamus corrumpit cerebrū & nucam:& replet caput fumoſitatibus & facit ſudorem fetentē:& in mulieribꝰ uentreꝫ auget & ipſum generat herniā Auerois quinto colliget cap. de Siſamo eſt ca. in primo uel in principio ſecundi hu. in tertio.

CAp. CCCCCCXLI

Et ara. grece chinoſbatus: uel ſaccupalea: latine uero rubus caninus. SERA. libro agg. cap. Set: Set. i. rubus caninus & eſt maior ſatis rubo alio. Nā aſſimilatur ymagine ſua arboribus: folia eiꝰ ſunt latiora ſoliis myrti & in ramis eius ſunt ſpine due:& habent florem album & fructus eius ē oblōgus ſimilis nucleo oliue qui quando maturatur fit rubeus

& habet interius ſimile lane qui quãdo deſiccatur & aufertur; qđ interius eſt & coquitur cum uino & bibitur ſtrīgit uentrem: & nocet decoctio fructus ei9 cãne pulmonis: & ſtringit fluxum mẽſtruorum: & radix eius eſt calidior ipo de qua ſi fiat emplaſtrũ extrahit ſpinas & alia inſixa corpori: & q̃do fit ẽplaſtr ex foliis eius recentibus prohib3 apãta/ Et idẽ auct. Galieni fructus huius plãte eſt ſtipticus fortiter: ſ3 folia eius habẽt ſtipticitatem paucam: & oportet q caueatur ab eo qđ ītra fructu3 ẽ bombicio ſimile/ quia nocet multum canne pulmonis: unde uocatur cinoſbatus a cinos qđ ẽ canis & batus q ẽ rubus/

CAP. CCCCCCXLII.

Ecolafedeon uel alutribe/ arabice latine ſcolopendria. SERA. li.agg.cap. ſecolafedeon auctoritate Dyas. ſecolafedeon.i. ſcolopendria: & nominat hoc nomĩe ꝓpter ſimilitudinẽ cuiuſdã uermis dicti ſcholofendeia: et eius ītерpretatio eſt quatuordecim pedum hab3 multa folia egredientia ab una radice: & naſcitur in petris: et muris edificiorum et non habet ſtipitem neq; florem neq; ſemẽ: et folia eius ſũt deſubt9 maculata ſicut folia polipodii/ et pars eius inferior eſt quaſi rubea: et pars ſuperior eſt uiridis. GAL. vi. ſĩpliciũ ꝓpharmacor cap. de Scolopẽdria ſecundũ trãſlatioẽ3 arabicam ſubſtancia eius eſt ſubtilis: et uirtus eius ca. in primo, ſic. in. ſecundo & incidit et reſoluit duriciem ſplenis. Et idẽ eodẽ libro et eodem cap. ſecũdu3 tranſlationem grecam, ymitices ſiue ſcolopẽdria ſtipticitate cũ amaritudine participat: quapropter confert ſpleni bibita cum aceto. Et idẽ SERA. q̃do herba ipſa coquitur & bibitur. xl. dieb9 reſoluit & extenuat ſplenem: ſimiliter autem faciunt folia ipſa ſi terantur & fiat cum eis emplaſtrum ſuper ſplenem quando teruntur & miſcentur cũ uino conſernnt diſtillationi urine: et ſigultui & hyſterice: & frãgit lapidẽ ueſice q̃do bibitur: Et putant quidam q ipſa prohibet ipregnationẽ quãdo ſuſpẽdit ſuper mulierẽ ſola: aut cum ſplene mule/ Auerois. v. colliget cap. de ſcolopẽdria/ ẽ temperata in ca. & ſic.

CAP. CCCCCCXLIII.

Echedenchi arabice grece canabs/ latine uero canapis. SERA. li. agg. cap. ſechedẽchi auct. Dyas. ſechedenchi .i. canabs ẽ planta que ſemĩatur & facit ſemẽ: & h3 folia ſimilia foliis agni caſti grauis odoris: & habet haſta3 & ramos longos interius uacuos. Et idem SERA. auctoritate Aben meſuay eſt ca. et ſic. ĩ. ii. gradu: Et de ꝓprietate ei9 ẽ que deſiccat humiditates que fiunt in auribus/ quãdo diſtillatur in eis ex oleo eius et uſus eius nimi9 facit ſodam. Sptarag. i. auſab Galien9 uirtus ſapor et odor eius ſunt ſimilia uirtuti ſapori et odori naſturtii niſi qa ẽ minus deſiccatiuũ ipſo & caleſacit in quarto gradu/ Eſt enĩ eius confectio facilis & nõ dura & inuenitur nigra & rubea/ ambo ſunt interficientes & iſta non inuenitur in regionib9 noſtris. iõ eius nomẽ ignorat.

Sebel .i. alum ẽ
Scema .i. figura,
Scel. i. uene rubee ſuper oculos
Schela iẽne idem quod ſupra/
Scen .i. lacerte rubee/
Sceilez eſt uena que eſt intra auriculare ẽ & ānulare3 in dorſo manus, & uocatur ſaluatella.
Sceata .i. magna ſtella/
Sceen .i. ſanguis draconis/ & eſt ſucus rubeus notus ſecundum quoſdã eſt gũmi: ſ3 quid eſt .l.l. alacohẽ
Scea quid eſt. l.l. aſcukodos/
Scea armenum idem quod ſupra
Scef. i. ungula. l.l. afir/
Scenſen .i. ſeſamum/
Scemas .i. manus/
Sceylen. i. ramus uene nigre. l.l. platea/
Scha romanum. i. abſinthium/

Scelich romanum idem quod ſupra
Sceet .i.anetum
Scebel .i.ruta
Scedenegi .i. ematites
Scheius denigi .i.ſemen canapis
Sceirarag .i. fumus terre
Scetaram .i.tapſia
Scerafif .i.ypocundrium
Scenſe .i.ſol
Sceitaragi .i.ptiſis
Scetagi ſuoti .i.nigella
Scear .i.adeps porcinus
Scedene .i.chetabre
Scedme .i.ematites
Sceptaras .i.tapſia
Scedie .i.pīguedo iteſtīor
Sceridatis .i.ſanguis draconis
Sceileki .i.ſtorax liquida
Scebram .i.eſula
Scetazirach .i.ueſpertilio
Sehemagin .i.ſebran
Sfenoria .i.paſtinaca
Sfleticos .i.pes columbinus
Spelta quid eſt.l.l.fult
Species condientes .i.ſpes odorifere
Sperule coloquintidarum.i. poma coloquintide que ſunt rotunda ut ſpera
Sperſum .i.fermentum
Spedilion .i.ſiſimbrium
Spedata .i.ceruſa
Speculare claſtrum .i.gipſum
Spelmon.i.ceterac .l.l.aplenon
Splenaria idem quod ſupra
Spboydes .i.ſpelta
Sſel .i.bel
Sſemi .i.yeruſalem
Sterra .i.neruorum q̄litas
Sterione .i.galla
Sterios .i.particum
Stella domini .i.ſigillū Salomōis
Stercus eris quid eſt.l.l.hoas
Stefania interpretatur uincens
Stebinech .i.ſerapinum
Stercus argenti .i. ſtercora argenti que ita eſt ex argento ſicut ſtercus eris & quid eſt ſterc9 heris.l.l.ſtercus heris
Stefrigia .i.ruta agreſtis
Stear .i.adeps
Steb .i.alumen

Stellaria quid eſt.l.l.aſterion
Stea .i.matrix
Sterica paſſio.i.corruptio matricis
Stectio .i.pes columbinus
Stellio .i. lacerta facetana ſ3 ſecundum quoſdā eſt lacerta uiridis.
Sterphina .i.uinacium
Sterione .i.galla
Steatemata .i.indurata apāta
Sterig .i.fumus terre
Stercus quid eſt.l.l.fimus
Stercus paſſerum .i.uſnen
Sercus demonis .i.napta uel petroleū
Stella terre .i.talk
Steſiſia .i.ruta agreſtis

CAP. CCCCCCXL IIII.

Teng ara . uel ſeterig: grece capnos: latine fumus terre'.

SERA. li.agg. cap . ſterig auctoritate. Dyas.herba eſt ſimilis paſtinace agreſtis niſi qa magis ē minuta ea & amarior & habet radicē cuius color uergit ad albedinem . Et auctoritate Galieni ſapor eius eſt amar9 & ſtipticus: uirtus eius eſt ca.& ſic.in ſecundo gradu. Plinius cap. de fumo terre. Fumus terre.i.fumaria & dicitur fumus terre quia naſcitur & remittitur a terra in magna quantitate ut fumus quia naſcitur a quadam groſſa fumoſitate a terra reſoluta & circa ſupficiē terre adherēte & ſic ex actiōe caliditatis generatur. Debet enim uiridis poni in medicinis:& eſt ex eo alius cuius flos ē ſubalbidus cinericius:& alius cuius flos eſt pallens uiolaceus & iſte eſt melior. Dyas . capitulo de capnos ſecundum tranſlationem grecā que latine fumaria dicitur naſcitur in ſegete ordeacea ſimilis coriādro:uel corio herbe:ſ3 mollis & alba & cineroſa : & multum florem habens & purpureū:ſucus eius uiſcidus eſt: caligines oculis detergit : lacrimas prouocat:unde & nomen accepit:herba ipſa comeſta uel bibita plurimā colera3 per urinam prouocat

Silfium .i.laſar & eſt genus

ferule cuius gūma eſt aſa fetida/
Serecinum idem eſt qđ ceretinum/
Sidia .i.flos granati
Sicaras .i.ſiſimbrium/
Siames .i.ſemen/
Sieron .i.farina lolii/
Simacha .i. apoſtemata pua, caliditatem habentia que multum cito in ſaniem conuertuntur ut carbunculi/
Simata idem quod ſupra/
Sinum.i.uinum & eſt uinum paſſarum/
Sincum .i.bdellium/
Siſaleos .i.filipendula,
Sibias birbias .i.loca que ſunt in extremitatibus coxarū ubi ſunt glādule ubi uertebrum coniungitur ſcie/
Sibare ē demonium mixtum cum ſirſē ita ut cū homo habet ſirſen alienet pp demonium agitatum/
Sirelilē eſt ēblicus, qui ſic nominatur cum in lacte infunditur/
Siſtar .i.ſu/
Simaren .i.lactuca aſini/
Simeanus .i.uiſcus quercinus/
Sinopis .i.rubicundus/

CAP. CCCCCCXLV.

Imphitū gre.uel anagalicū: arabice picteriō:la. cōſolida/ GAL.viii.ſimpliciu3 phar. cap.ſimphitū ſecūdū trāſlationem grecam ſimphitum petroſu3 ex contrariis conſtat uirtutibus: habet. n. quid abſterſiuum quo contētū ī torace & pulmone pus expurgare natum eſt: Habet autem quid & congregatiuum quo ad ſanguinis eductiones iuuat: & cōtinet ultra hoc humiditatē quādam calidam:nō īmoderate :pp quā & dulce apparet guſtantibus & delectabile odoratum. Inſiticuloſum autem ē cum maſticatur:& aſperitates que in artaria ſanat:ſecūdum mixtionem uero que ex omnibus predictis uirtutibus ſimul & diaforare ſufficiens eſt: & colligere & conſtringere corpus:& propterea inteſtinalib9 herniis appoīt & ad euulſionē & ſciſſiones cu3 oximelle bibitur: qcūq; uero ad diſinteriam & fluxum rubeum coquentes in uino dant ut ſiccante & congregante utuntur:& quicunq; ad nefretica ut purgante & madente ſimphitum aliud magnu3 ſimile eſt uirtuti predicti:non tamen guſtu dulce neq; odoriferū olfantibus apparet:ſ3 ſecūdū hoc abcedit a predicto:ſecundum uero q; uiſcoſitatē quandam & mordacitatē h3 quodāmodo ſimiliter exiſtit:utūtur autē eo in omnibus quibuſcunq; & priꝰ dicto.DYAS.cap.de ſīp hito:ſimphitū .i.conſolida:& ē maior & mīor:mīoris folia ſunt ita pinguia & eſt uere mīor naſcitur locis aſpis uirgas habēs ſimiles origão:& tenues:& capita ſicut thimu3 uirge lignoſe & odorate & dulces in guſtu:& radix eſt illi longa & obruſa groſſitudinem digiti habens: eſt aliud ſimphitum qđ pictenum uocant:haſta3 habet aſperam & lōgam duob9 cubitis anguloſam:ab intus manis eſt:īqua fūt folia aſpera & anguſta & oblonga ſicut bugloſſa:habet etiam ipſa haſta āgulos/ in quibus folia naſcuntur:flores ſunt illi mellini:ſemen habet ſuper haſtam ſicut flōmos:haſta & fructex habent pulueri ſimile qđ cum carni applicatum fuerit pruriginem facit. Radix eſt ei colore nigra/que cum fracta fuerit alba appet & mucillaginoſa:& iſta ē cōſolida maior:cui9 radix trita & bibita emoptoicis medetur:conq̄ſſationes reficit: tumores ſpgit:cū foliis cataplaſmatib9 adhibita oīa ſimiliter facere poteſt: uulneribus paracoleſim facit carnes inciſas fruſtris in cacabo miſſas in ſe gluctinere facit. Cōſolida minor elixa in mulſa pulmonem purgat:reiciencibus ſanguinem & nefreticis cum aqua medetur:Radix cū uino cocta & bibita, fluxum mulieris ſtringit:& diſintericis opitulatur :cum oximelle data cōquaſſationes & dolores lateris ſaluberrime curat:maſticata amputat ſitim:aſpredine3 faucium mitigat/ uulneri recēti pacoleli3 facit ēterocellicos bibita & cataplaſmatibus adhibita optime curat:& carnes celeri9 gluctīare facit:ſunt enī ambe ille ſpecies cōſolide

eiuſdem uirtutis. Conſolida ſecūdū Plinīū auctoritate uel opinione multoꝝ diuīo miraculo curat & rumpit ātracē intra duos lapides trita. Eſt autem alia conſolida q̄ uocatur cōſolida rubea pro qua.l.l.biſtorta/

Sicaminon .i.ficomorus/
Simphoniata .i.iuſquiamus/

CAP. CCCCCCXLVI.

Iſimbriū.i. abſinthiū pōticū/ & eſt centonica ſicut appz ī littera abſinthiū:ſz ſiſībriū uocatur menta aquatica:& alio nomine uocatur balſamita:unde ſiſimbrium latine:arabice culudes: grece cardaminon.DYAS. cap.de ſiſimbrio ſecundū tranſlationem grecā ſiſimbriō dicit cardaminō/ eo ꝙ cardamo agreſti folia habet ſimilia:cū folia eius rotōda naſcantur ſicut folia cardami agreſtis: cum creuerint ſcindunt ſe ſicut eruca: uirtus eſt ei ca.diuretica:crudū & coctū lentigines uultibus tollit: & maculas emendat/ſi una nocte impoſitum fuerit & alia die locus abluatur aqua.Paulus cap.de Siſimbrio ca. ē & ſic.in.iii.gradu aliud eſt domeſticum:aliud ſilueſtre ſz domeſticum nobis eſt in uſu qđ oībus eſt notum:uirtutem habet diureticam diſſoluendi & conſumendi/contra uiciū pectoris fiant pultes ex farina ordei & aq̄ appoſito puluere eiꝰ ē dētur patiēti. Contra frigidū reuma folia eius ī teſta calefacta ſine liquore & ī ſacculo poīta capiti ſupponatur:ualet uinū decoctōis eius cōtra dolorem ſtomaci & īteſtīoꝝ ex frigida cā/& opilationem epatis & ſplenis:& urinalium uiarum herba ipſa decocta in uino & cataplaſmata: Soluit etiam ſtranguiriam & diſſuriam. Valet etiam contra iliacum dolorem/& cōtra dolorem factum ex uentoſitate:menſtrua educit: conceptū iuuat:matricem mundificat: fomentatio ſi fiat ex eo: teneroſitates eius in oleo muſcellino uel ſaltem cōmuni decocte & ſuperpoſite idem operātur/

Siderizonta .i.feraria/
Siſofigius.i.auis que uocatur merula/
Sigethi.i.apa flōnoſū herſipilloſum/
Siu .i.cuſcute/
Sitis ſcadis .i.cucumer agreſtis/
Siſamus quid eſt.l.l.ſemiſez/
Siſamus agreſtis .i.cataputia/
Siſamos .i.cōfectio de melle ſimilis penidiis/
Siſamum idem quod ſupra/
Silomata .i.cortex celſi/
Sipui .i.apiū/
Sinſen .i.ſenſen/
Sinitu .i.ceruſa/
Simiſis .i.draganti/
Sicida .i.brionia
Silliuz latine:grece piperſillium/& quid .l.l.hazarachona/
Siricantica .i.aaron/
Sia .i.ſenationes/
Sika .i.ficulnea/
Sica .i.ficus/
Sira .i.ceraſia/
Sindin.i.cucumer domeſticum/
Siſter.i.anetum agreſte.i.meu
Sigia.i.ſtorax liquida aliqui dicunt ꝙ ē ſtorax calamita/
Sichias quid .l.l.xencua/
Sicla .i.bleta.l.l.beta/
Siligo .i.germanū/ex quo aliquando efficitur panis.l.l.germanuz ī
Sichen armenicū .i.abrotanum agreſte/
Siſamīa oſſa a ſiſamo qđ ē granū minutum de quo fit oleum ſiſaminum: & ſunt oſſa que ītra oſſa digitoꝝ exiſtūt/
Siſarii .i.lolium
Sila eſt apoſtema quod multum augeī .ſ.in principio & eſt glandula
Sireblen .i.beta/
Siquis ordei .i.puluis factus de ordeo trito & cocto cum multa aqua & torrefacto poſt
Sithemachia .i.monomachia/
Sibare .i.demonium cum ſirſen ita ut homo cum hoc ꝙ habet ſirſen alienet ꝓpter demoniū agitatiuū
Sidrichis egilops .i. arbor ſanguinis draconis
Silelici priō quid ē.l.l.cataputium

Sidra.i. iuiuba ſilueſtris & eſt nabach

CAP. CCCCCCXLVII.

Ideritis:aut eraclia grece la. prima ſpecies eius & uocat̄ centrumgalli quā inuenies in littera gerebotanū q̄ folia habet praſſio ſimilia ſ3 oblonga : ſicut eliſſagus:aut ynos:ſ3 minora & aſpera: haſtā habet quadram longam duobus palmis uirgas lōgiores & ſuaues ī guſtu & ſtipticas in quibus uirgis capita ſunt obrotūda ſicut uerticelli:& ſicut praſſii & in ipſis capitibus ſemē nigrū īuenitur naſcitur ſub petra:Eſt alia ſideritis haſtas habens duobus cubitis longas & teneras: & folia in ipſis haſtis ſimilia petriſteridi ſ3 diuiſa ī circuitu plurimū naſcencia ſ3 uiſu tenuia & oblonga .In cacumine uero haſte capitellum habet rotondum & aſperum in quo ſemen ē ſimile bete obrotundum & durum : & huic uirtus eſt termantica & ſimilis ſupradicte:Eſt & ſecūdū genus ſideritis q̄d cratebras eracleam dixit:naſcitur in parietibus ſicut uitis:folia habēs mīuta & tenera:& multa ex una radice naſcētia ſimilia coriandro cuius haſte longe ſūt duob9 palmis & molles & albidiores flores h3 feīcinos & guſtu mucilagīoſa trita & impoſita uulneribus recentibus paracoleſi3 preſtat

CAP. CCCCCC XLVIII.

Inonum quidam dicunt q̄ ē herba q̄ dicitur pes milui quidam dicūt q̄ ē alexādr̄ ſ3 falſo nam neutrū iſtoru3 eſt uerum:quoniam non ē pes milui qui uocatur pepanus quia pes milui h3 folia ſatis maiora & pīguiora & flores ſatis a floribus ſinoni differētes quoniam pes milui facit flores multos & albos ſimul cōiūctos in capite ſtipitis apparentes ſicut cauda gatte: & eius herba ſicut ualeriana:ſ3 ſinonum recte floreſcit ſicut petroſellinū uſuale ſecūdo facit folia ſ3 maiora: Non eſt ſimiliter alexandrum:quoniam alexandru3 facit ſemina nigra rugoſa utcunq; curua & magna ſicut git:ſ3 ſinonum ſecundum Dyas.& Plinīū facit ſemina ſicut apiu3 & ameos ūde ſecundū ueritatem ſinonū eſt petroſellinum macedonicum quoīā Dyas.dicit ſinoni ſemen eſt minutum ſimile apio ſ3 oblongum & nigr̄ guſtu ca.diureticum ualde & cetera. Et dicit̄ ſinonum quia naſcitur in ſiria prouīcia regioīs macedonie.DYAS.cap.de petroſellino q̄d naſcitur in macedonia in criptis & ſpeluncis ſemeneſt minutum ſimile apio uel ameos odoratū & uiſcidū & aromaticum & diureticum ualde: menſtruis impat inflationes ſtomaci & colli compeſcit calefaciendo & ſiccādo nimis tortioībus ſubuenit dolorē late; mitigat nefreticis & ueſice dolori ſ'bueīt prouocat habundanter urinam maxime cum uino datum : diureticis antidotis mīſcetur. Plinius cap.de petroſellino macedonico:Petroſellinum macedoīcū cuius ſemen de ſyria affertur:uel ſemen eſt minutu3 ſimile apio diureticū ualde naſcit̄ circa petras:ſemē & folia ſimilia apio:ſemen eius odoratum & diureticū ualde:unde petroſellinū uocatur quoīā multotiens in petris naſcitur q̄d multi petrapium dicere conſueuerunt:qa ide3 ſunt ſinonum: & petroſellinum macedonicū q̄d latine dicitur petroſelinum agreſte.l.l.petroſellinum multi ſinono uel macedoīco carētes utūtur alexādro quoniam ſunt eiuſdem uirtutis:uirtutē ſinoni uel macedonici inuenies in littera petroſellinum.

Sirſemiati .i.egritudo cōpoſita ex ſirſen ca.& fri.quonia3 eſt apoſtema factū ex duobus humoribus : cōpoſitis ſimul.ſ.ex flegmate & colera

Siler creticum quid eſt.l.l.cardilion

Simach .i.ſeparatio eueniēs cum caro ſuper os tenditur ſecūdū ptē

Silac dicitur grece amaſenis uel lemuſe groſſities in palpebris & eſt difficultas claudendi oculum cum ſunt aperte & ad aperiendum cum ſunt clauſe.

Sirſati .i.caro mollis ueniēs in interiori pte palpebre/a qua nō ceſſat fluere ſanguis rubeus niger & uiridis/
Sirſen .i.freneſis & eſt apā cerebri aſen.qđ ē apā & ſir qđ ē cerebrū/
Siphach .i.primus pāniculus qui eſt ſupra uentrem poſt cutem/cō-prehendens inteſtina/calefaciens ea ſua ſpiſſitudine & ūctuoſitate & cōphēdit lacertos/
Sirſir .i.ſēper putrefaciēs/
Silſir idem quod ſupra/
Siringi .i.lac coctum/
Sirengi idem quod ſupra/
Simitii .i.ceruſa/
Sirs .i.cerebrum/
Sicen.i.caput ſice.l.l.caprifice/
Siſeleos campeſtris.i.leuiſticum/
Sifakethec .i.tunice/
Silueſtre omealofis.i.naſturtium albuz/
Siricum romanum.i. ſiricum uel ſeta/
Simar .i.lactuca aſini/
Siſameleon .i.oleum de ſiſamo/
Sichia .i.uentoſa
Siſcoles .i.contractio/
Sintoma .i.accidens/
Siſamberis .i.oleum de ſiſamo/
Sibagat .i. ſalſamentum li-quidum quodcunq;/
Sinapium .i.ſinapis
Sinigmacia .i.ſtorax/
Sir .i.medicina ynda/
Silfer .i.laſar uel ei9 radix/
Siria .i.oliua
Sirach .i.gūmi oliuarum/
Sicides aga .i. cucumer agreſtis/
Sincar .i.buxus
Sicharos .i.ſiſimbrum
Siames .i.ſemen intube/
Siſaliquorum .i.liquiritia/
Siler montanum ſiſeleos/
Siſeli idem quod ſupra/
Sillium montanum .i.ſiler montanum & eſt idem quod ſupra/
Siſat .i.buxus/
Siſapaſmare .i.linire
Sidurum .i.ſcotomia
Sileniabin ro.uel mel ro. .i.zucharum

Sinis .i.nigella
Sief memite hoc modo fit ſuc9 memite in ſole ſiccatur/& ex eo formantur pil-lule:uel magdaleones parui ſicut nucle9 dactili:& poteſt fieri ſief ex aliis rebus: unde ſief.i.medicina ocularis formata oblonga que fricatur ſuper cotem/cum aliquo liquore cum īn oculis poni debet/ eſt enī forma eius ſicut nucleus dactili.
Silez herba ē que naſcitur īter frumētū/ cum eſt tempus pluuioſum & ē gramē/
Sirupus diaquilon/debet dicere ſirup9 diachilon.i.de ſucis/ ut apparet ī.l.chil9
Siregia .i.oleum ſiſaminum/
Siſſleri .i.criſſones/
Sintalar .i.heil/
Siaten.i.reuolutio palpebrarum/
Sinifes .i. quedam muſca parua quaſi effugiens uiſionem/ habens aculeum acutuz mordens:& alio nomīe uocatur ſinifes & alio nomine uocatur culex cis: & ideomate noſtro uocatur zenzala:unde declinatur hoc ſinifes ge-nitiuo huius ſinifes indeclinabile/
Sirengi .i.minium
Siſimin .i.elenelin
Silofer .i.nenufar/
Simenia ſunt oſſa q̄ ſūt ſuper ſpōdiles dorſi ſicut ſpine/
Sigillū ſancte marie.i.ſecacul/
Sirigios .i. ſpecies quedam cāne.l.l.haſap/
Siſion eſt ſpecies lilii.l.l.anſea/
Sinapis quid eſt.l.l.chardel/
Sintheſis .i.ectica ſenectutis que fit ex frigiditate & ſiccitate/
Sinteticus idem quod ſupra/
Sinter .i.rubus/
Sinteſis .i.atrofia & eſt q̄do nutrimentū nō digeritur:neq; cōuertit in ſubſtanciā membrorum.
Sinteſim .i.palpebre coartatio uel congluctinatio īnaturalis/
Sinopida quid eſt.l.l.mezegrech/
Siſnabar .i.ſiſimbrum
Siclon .i.bleta
Sicen uel ſiccen armenicum.i.abrotanū agreſte/
Siſirius .i.doronici/

Simarem .i.lactuca asini
Sitarem idem quod supra
Sigillum laice .i.terra sigillata
Simithii .i.cerusse
Sinimata.i.calidos humores purgantia
Sinirnis gūmi iuniperi
Siringios.i.qui audiunt quasi fistulas
Sinten oculi .i.alintifac
Sicera .i.uinum de pomis
Sifula est herba in ultramarinis ptib9 qua caremus
Sigillus salomonis qd est.l.l.dasnoides
Silotrum quid est.l.l.heuda
Sideratum .i.penatum
Sisseos .i.asa fetida
Sitacust .i.saiacost
Signiles .i.uerruce rotōde
Siliqua .i.xiliqua
Sima cōcauitas est epatis sz eius gibb9 dicitur gedeola ut ī libro urinarz ysaac
Sinantis .i. pfocatio acutissima īde sinantia uel squinancia.i. acuta prefocatio
Sisson.i.diuisum ut ī alexandro de lacte īde disinteria
Sīni .i.genus aranee
Sinocus .i.conclusus
Simisum .i.gīt
Sidus marinum piscis ē
Silac .i.corrosio cū rubedine & aspitate cum pruritu ī palpebris Mesue cap. de casu pilorz palpebrarus uel est inuersatio palpebrarum & quali scabies ī cohopertorio oculi
Siria .i.genus grani
Sicamina idē quod supra lz Dyas.cap. de celso ayt qz multi dicūt qz est fructus celsi non tamen affirmat, quoniam mos Dyas.ut uidebis si.l.l.oxicātuz ē noiare rem secundum opinionem aliorum sz non affirmare
Sicomordus idem quod supra
Siricum .i.seta

CAP. CCCCCCXLIX.

Istose uel bisbese uel hestebelle arabice / grece galifer siue talissar uel machil / & ī oriēte uocatur adaes uel adache : latine uero macis. SERA.libro agg.cap. sistose Sistose.i.macis & est cortex nucis muscate q̄ est super corticem grossum: Et melior ex eo est ille qui est coloris fussi & deterior ex eo est niger & in cortice duro grosso nucis muscate non ē aliqd iuuamentum: sz fructus eius est utilis medicine: & nominatur in oriēte adaes: dicunt aliqui qz est macis & est cortex qui apportatur de regione que non est grecorum: & color eius est flauus. DYAS.cap.machil siue machir secūdū trāslatiōez grecam.i.macis corium est ligni uenientis de barbarico : coloris rufi cum robore solido : cui uirtus est stiptica & remordens q̄maxime ī gustu tūsa & bibita emoptoicis & disintericis & cyliacis singularem p̄astt effectum. Collector huius tēporis macis ē cortex nucis muscate qui adheret ipsi circūq̄q; ut potest uideri in barbulis auellanaruz & multociens uidi tunisii sic esse : licet dicat Dyas Machir.i.macis esse coriuz ligni error translatoris est: quia debet dici corium fructus ut superius patet. GAL.vii.simplicium pharmacorū cap. de Mace secundum translationem ara. Galistar siue Talissar.i.macis cortex est qui portatur de yndia in gustu quidez stipticus sufficienter cum breui quadaz aromaticitate cum autem odoratur est similis pluribus aromatibus yndianis: & substantia eius ē cōpositа ex substātiis cōtrariis & plurimū qd ē ī ea substātia est terrea frigida: & minus qd ī ea sb̄a ē subtilis ca. & odor eius est bonus sicut odor aliarum specierum aromaticaruz que aportantur ab yndia: sapor eius est stipticus stipticitate multa cū aliq̄tulo aromaticitatis: uirtus ei9 ē que desiccat in tertio gradu: sz ca. & fri. nō ē opatio manifesta cōfert fluxui uentris & ulceribus īestiorū: & bibitur in emoptoica & in fluxibus humorum ad uentrem. Auicena de uiribus cordis ait qz cōfortat cor.

CAP. CCCCCCL.

Imibel uel ſolob arab. latīe ſpīca. SERA. libro agg. cap. ſimibel ſiue ſumbel ſimibel. i. ſpica: eius tres ſpēs ſunt: Nam quedam eſt nardi & eſt īda: & alia romana & eſt celtica: & eſt alia montana: ſ3 ſpica nardi naſcitur ī mōte haman ſiue haneaz in india: & melior ex ea eſt recens leuis & pinguis: & rubea boni odoris: & in ea eſt parum odoris cipreſſi ſine foliis cuius ſpica eſt parua: & quando maſticatur remanet odor ei9 in ore diu: & naſcitur in monte ſyrie ſpica que nominatur ſira & ſunt in ea omnia q̄ dicta ſunt in indica: & naſcit prope ignem qui eſt ī monte ſpica que ē debilior q̄ yndica: quia indica propter humiditatem locorum in quibus naſcit ē longior ea maioris ſpice: & ortus ſpicarum eſt ex una radice: & come ſpice ſunt in ea plures ſibiinuicem adherentes pinguis odoris & fortaſſe uenditur a quibuſdam ſpica poſtq̄ madefacta eſt ī aqua: & ſignum in hoc eſt albedo & extenuatio eius quia nō eſt ī ea terra. Et idem auct. Galieni ſubſtācia ſpice nardi uel ynde eſt cōpoſita ex tribus ſb̄ſtāciis una earum eſt uirtus ſtiptica: & ſecūda ca. acuta non nimis: tertia declinat pa3 ad amaritudinē: uirtus eius ca: in primo gradu & deſiccat in ſecundo in fine ei9 Spica romana eſt ſpica celtica: & naſcit in ſyria & eſt planta parua habens folia longa cuius color uergit ad rubedinem: & flos eius eſt citrinus: & melior ex ea eſt recens boni odoris multaruz radicū non facile frangibilis: & qđ de ipſa adminiſtratur ē radix eius & ſtipites ſolū quia in eis eſt bonitas odoris eius: & iuuamentum ipſius: & ipſa euellitur cū radicibus eius: & fiunt eſt ea faſciculi plene manus. GAL. octauo ſimpliciū pharmacop. cap. Nardus celtica ſecūdū tranſlationem grecam Nardus celtica ſimilis aliqualiter eſt ſecundum gen9 in uirtute predicte: minus uero ſtipticat uirtus eſt calidior ea in ſecunda & tertia & eſt debilioris uirtutis q̄ illa ī oībus niſi in prouocatione urine. GAL. eodez libro & eodē cap. ſecundū tranſlationē arabicam montana multum naſcitur in terris cilicie: & folia eius ſunt ſicut folia herbe karſahane: & ramuli e9 ſunt ſicut ramuli ipſius: niſi quia ſunt minores: & ipſa non eſt groſſa nec ita ſpinoſa: habz duas radices aut plures nigras bōi odoris ſimilis affodillo niſi quia ſūt mīores & ſubtiliores multū: & non habz ſtipitē nec fruſtum: nec florem: & eſt debilior omnibus ſpeciebus ſpice. GAL. viii: ſimpliciuz pharmacorum cap. de nardo ſecundum tranſlationē grecam ſtochis .i. nardus ſpica calefacit in tertio gradu & deſiccat in ſecundo. Conſiſtit autem ex ſtiptica ſufficienter uirtute: & acrica. ſubamara. ex talibus autem cōpoſita uirtutibus ad epar & ſtomacum racionabiliter competit bibita & extrinſecus appoſita urinas mouet: & mordicationē ſtomaci ſanat: & que ſecundum uentrez reumata ſiccat: & adhuc cum his ea que ſecundū caput & toracem: fortior uero eſt yndiana uocata poſt hoc exiſtēs ſiriaca que uocatur ypacuſſa. Et idem SERA uirtus ſpice ē que abſtergit & fortificat: & cōfert epati: & ori ſtomaci quādo bibitur & ponitur extra prouocat urinam: & curat mordicationem que ē in ore ſtomaci: & deſiccat humores qui aduenīunt ei & inteſtinis: & confert humoribus qui congregantur in capite & pectore. & fortior ſpecierum ſpice in hoc eſt yndica: & eſt fortioris nigredis q̄ ſceni. Et idem auct. Dyas. uirtus nardi eſt ca. & ſic. & prouocat urinam & propter hoc quando bibitur ſtringit uentrem: & quando fit cum ea naſcale ſtringit mēſtrua: & deſiccat huiditates que curunt ad collum matricis: Et q̄do bibitur cum aqua fri. ſedat ſincopiz & confert cardiace: & inflāmatioībus epīs & hyſtericie: & egritudinibus renum: & quando decoquitur in aqua & ſedet īn ea mulier confert apatibns ca. q̄ fiunt ī matrice: & confert caſui capillorum & palpebrarum propter eius ſtipticitatez & facit eos renaſci & cōuenit medicinis oculi. Spica romana. i. celtica: uirtus

eius ē ſicut uirtus nardi ſirie niſi quia prouocat plus urinam: & cōfert magis ſtomaco q̄do bibitur cum decoctione abſinthii & confert apātibus ca.epis & hyctericie & īflāmatiōi ſtomaci:& q̄do bibitur cū uino confert apātibus ſpleris & dolori uentris: & ueſice:& renum:& īflāmationi ſtomaci:& morſibus uenenoſorum animalium: & ingreditur in confectionibus oculoꝝ:ſpice montane radix confert ī omnibus quibus cōfert ſpica celtica. Et idē auctoritate Abē meſuay ꝓprietas ei⁹ ē q̄ retinꝫ mēſtrua ſuperflua quando ſumitur ī potu.

Plinius cap.de ſpica quedam uocatur ſpica nardi:quedā uocatur ſpica celtica & quedam ē celtica montuoſa. Spica nardi ca.ī primo ſicca ī ſecundo:unde a ſimilitudīe cognominata ē:ſimilis enī ē ſpice frumēti:& uelut ariſtas plurimas habet ī moduꝫ capillorum tota colecta & denſa uelut faſciculus paruiſſimus: naſcitur ī yndia ex una radice pua ſine foliis:dicitur tamen et ſirica nō quia in ſiria naſcatur & legitur: ſꝫ quia mōtes yndie ī quibus habundanter inuenitur ſirie partem ſpectāt:ueruꝫ illa ē optima q̄ ē odorifera: & colore ſubrufa guſtu ſubamara recens:& leuis non uaſta: hꝫ uires ſtipticas & calefactorias. Spica celtica naſcitur ī illirico hoc nomē habens apud eos hec & ī ſyria naſcitur & ī italia fructices habens ſuper terram breues & ſpiſſos:colligitur aūt a ciuib⁹ cum radicibus:ſimiliterq̄ faſces faciunt qui plena manu continentur:& ideo ab aliis faſces gallice appellantur hec habet folia oblonga & non lata florē mellinū odorem circa ſe ſuauem continens eſt. & ſimilis ī uirtute ſpice ſiriace. Eſt & alia ſpica celtica mōtuoſa q̄ a plurimis parthis appellatur:hec naſcitur ī cilicia ſimilis in foliis & ramis yringio ſꝫ ſpica breuior eſt & ſpinoſas radices mittens duas:aut tres:odore ſuaues & nigriores colore ſimiles affodilli radicibus:hec nec florem nec ſemen habet:ſꝫ uirtus eſt illi ſimilis celtice ſuperiori. Sed quidam mentientes dicunt celticam ſaliuncaꝫ et pro ea ponunt ſꝫ falſo:& quid ē ſaliūca lege.l.mucaſar

CAP. CCCCCCLI.

Iſeleos ara. uel aſcegelios grece ſiſeli:latine ſiler mōtanum .SERA.libro aggg. capitulo ſiſeleos auctoritate Dyas.folia habet ſimilia foliis feniculi niſi quia habet longiora & groſſiora: et habet haſtā longā in cuius ſumitate eſt corona īqua eſt ſemen longum & latum habens angulos & groſſuꝫ acuti ſaporis:fortis odoris:& eſt illud quod ē in uſu:& adminiſtratur in cibis: & hꝫ radicem longam boni odoris. GAL. viii.ſimplicium pharmacorum capitulo Siſeleos ſecundum tranſlationem ara. radix huiꝰ āplte & ſemē hꝫ caliditatē tantam q̄ prouocat urinam forti ꝓuocatione & cuꝫ eo uirtus ſubtilis qua confert aſmati & epilenſie. Et idē eodē libro & eodem cap.ſecundū traſlatioēꝫ grecam.Siſeleos radix quidē & fructus calefactiuum eſt intantū ut ſufficiēter urinatiuum ſit pharmacum. Eſt aūt ex ſubtilibus partibus ut ad epilenſias et orthomias competat.Et idē SERA. auctoritate Dyas.uirtus eius eſt calefactiua.ſ.radicis eius & ſeminis: & q̄do ſumitur ex eis in potu prouocant urinā & conferunt cohartationi hanelitus ī q̄ oportet hominē erigi:& aſmati:& ſuffocationi matricis:& ꝓuocant mēſtrua & expellunt fetū:& conferunt epilenſie & omnibus doloribus īterioꝝ mēbroꝝ & quando ſumitur de aliquo illorū: aut ex utroq; cū uino in potu confert tuſſi antique:& debilitati dīgeſtionis:& tortionibus uentris:& debilitati epatis. Et quando ſumitur ex ea cum uino & pipe preſeruat & defendit hominē a frigore aeris:et ꝓpter hoc conuenit itinerātib⁹ in yeme:et quādo homines et alia aīalia cōmedunt de hac planta in tempore coytus eorū confert eis ſtatī ad īpgnādū Et idem auctoritate Aben meſuay ē ca. et ſic in fine ſecundi gradus incidit et

dissoluit humores flegmaticos uiscosos et congelatos:et propter hoc apit uias omnes et cannales opilationis:et prouocat urinam: et menstrua: et confert asmati:et oibus egritudinibus flāticis.

Scinus .i.lētiscus.l.l.botim
Scinus ulcerum .i.empetigo
Scindaminū .i.agrifoliū
Sirupus arelea .i.de piris
Scilla .i. bulbus qui dicit squilla
Sciniar .i.lactuca asini
Sirupus diaquilon quid:est.l.l. diaqlon
Sirupus iuiubinus fit de iuiubis liqricia et rebus maturantibus pectus, quem inuenies in uiatico
Scinifes .i.sinifes
Sciston .i.serum
Sciros is .i.duricies
Sciboſub .i.alumen
Scirū .i. olium aque uel flos aque
Sciantunarā .i.coloquintida agrestis
Siracost .i.māna
Schirus .i. apa qđ ducit ad corruptionem membri & est durum
Schiros is .i. apa melācolicuz, sine dolore
Sſinichia .i.dactili
Sſinichion idem quod supra
Skinos .i.lentiscus
Skirus .i.durus & ē ꝓprie apostema durum uel pulsus durus potest sic uocari.
Skiranis .i.durus,
Smirne basilicon .i.mirra
Smirmon .i.scolopēdria
Smirra .i.mirra
Smitica .i.absterstua
Smirma idem quod supra
Smirnix .i.uernix

CAP. CCCCCCLII.

Mirnas. DYAS. capitulo Smirnas:siue Smilas herba est sicut mrisiluia habens aspera folia peridimion silia cuius uirge. vi.aut.vii. sunt sicut bati iplicantes se uicinis arboribus:aut saxis semen habet simile uuis qđ quando maturauerit nigrum colorem facit cum gustu submordaci cui radix est dura & grossa & nascitur locis aquosis & aspis semen eius & folia uenenis occurrunt. Nā si ante accipiantur uenena nō sinūt nocere. Dicitur autem ꝙ si ab infante accepta fuerint uenena nō sinūt sentire

Spica nardi quid est.l.l.simbel
Spica siriaca idem quod supra
Spica celtica quid est.l.l.quā supra
Spica montana quid ē.l.l quā supra & ē quā cōmuiter uocabat celtica ſz falso.

CAP. CCCCCCLIII.

Pinachia la.grece aspenach SERA.ī agg.suis capitulo Aspenach. Aspenach sunt fri.& hu.ī fine primi grad9 leniunt uentrem. & conferunt dolori pectoris & pulmonis qui fiunt a colera & sanguine. Nutrimentum eorum est melius nutrimento atriplicis:& opatio eorum prope operationem eius & sūt lenificatiua:& ipsius nutrimentū meli9 est nutrimento crisolocanne & ī ipsis ē uirtus absterstua lauatiua: & uincunt coleram:& fortasse restringūt stercus a iure eo9:ergo auferantur a iure suo: & si cōmedāt cōferūt āhelitui: & pectori & pulmōi ca.& confert doloribus dorsi consanguineis & ē leīficatiua uentris.

Spica fetida .i.cicuta
Spica ynda.i.nardi.l.l.simbel
Spica aleip idem quod supra
Spica aromatica idem quod supra
Spica neriden .i.romana
Spica asclira idem quod supra
Spica silueſtris .i.su
Spica satich .i.spica ynda
Spica lata quid est.l.l.acul altaroeg
Spina babilonica quid est.l.l.hec
Spinie.i.simenia.l.l.simenia
Spina arabica .i.suchaa
Spina egiptia idem quod supra
Spina iudaica idem quod supra
Spina que uocatur cinosbatus uel sac cupalea uel rubus caninus qd ē.l.l. set.

Spina alba dicitur echimum ſecundum
librum antiquū de ſimplici medicina &
puto ſic dici eo q̄ capitellum ſimile
habet ericio marino qui uulgariter uo-
catur latina lingua ecino marino & iſta
eſt que a Dyas. uocatur acantiſleuce
ſic eū deſcribens: & eſt bedeguar
Spliu .i.gariofili
Stiterea .i.alumen
Stirates .i.ſtorax
Stimeos .i.calcecaumenon
Sticados citrinum uel arabicum quid ē
lege.l.aſcukodos
Stingar fit ex radice cheiſim & aceto: et
quidam dicunt q̄ fit ex radice anuiden:
& aceto & ſale & uocatur ſtigar
Stipticus .i.auſter? & ſtiptic? conſtrictiuus uel deſiccatiuus
Stimei .i.caputpurgia
Stipa .i.canna
Stiria .i.gutta
Sticos .i.ethica
Stibeos .i.ſcabioſa
Sturagen .i.ſcuragen
Stipticum .i. ſiccatiuum uel punticum
Stipticum .i.conſtrictiuum
Stigmata .i.ūguēta odorifera
Stinctus arbor quid eſt.l.l.botim
Stipteriaſiſtis alumen ſciſſum
Stibeus lapis eſt: fulgens in ſe & ſplēdēs & in metallis inuenitur colore ſimilis plumbo: uirtutē ſimilē habet molibdis uel calcecaumeon dyas.
Stirax .i.ſtorax
Stiracos idem quod ſupra
Sticadulus .i.barba iouis
Stitillarum .i.ſcabies que eſt in coopertura oculi
Stiegligi emblici conditi cum lacte
Stimar .i.napus
Stiptanſitis .i.alumen
Stimeo eſt genus quoddam terre
Stincus animal quid eſt.l.l.khule
Stignum .i.eruca generatiua
Strignum quid eſt.l.l.hameb
Stritin .i.ſtrucium
Stricinum idem quod ſupra
Stricium .i.ſtipticum

Striones ſunt uermiculi qui oriuntur in dentibus
Solmontana .i.ſiſeleos
Sorepi .i.ariſtologia longa
Soldanella quid eſt.l.l.chachille
Soac ē arbor magna que oritur ī egipto quā ignoro
Sofoclas .i.facedola auis
Solata ſunt apoſtemata
Solſequia .i.eliſtropia
Sota .i.iunci radix
Solmerſia .i.ciclaminus
Sonoba .i.pinea
Sobolis .i.ſpica
Soauis .i.aniſum
Soltira .i.ſaluatrix
Sortalimon .i.ambroſia
Sores .i. lac acetoſum & cohagulatum ſine ſale
Sonera .i.coclea quā deferunt peregrini a ſancto Iacobo
Solatrum cuiuſcunq; generis quid eſt .l.l.hameb
Sora .i. herba de qua fit alcali

ÇAP. CCCCCCLIIII.

Orbes arbor eſt ferēs ſorbas. SERA. libro agg. cap. ſorba: uirtus eius eſt que reſtringit uentrem fortiter GAL. ſecūdo de alimētis cap. de ſorbis ſorba & neſpila ſtiptícant quidē ambo: multo autem magis ſorbis neſpila pp hoc influenti uentri magis conferens edulium eſt: & palam quoniam talium omnium cōmedere parum conuenit nō ut ficuum: aut uuaruꝫ copioſe: Neq; enī ut alimento ſꝫ ut medicinis ipſis indigemus magis. GAL. viii. ſimplicium pharmacorum cap. de ſorbis ſecundum tranſlationem grecam ydria .i. ſorba omnibus cognita eſt tereſtrē ſubſtātiā dominantem et poſſidet modico ſubtili pticipiat ei mixto. Et dicit eodem li. cap. qđ incipit Nys. i. arbor ſorbe cuius fructus uocatur a multis oya cum. y. littera: ſtiptica participat qualitate ſed

debiliori neſpilo multum quocirca & dulce eſt cum cōmeditur, & minus neſpilo eſt uentris conſtipatiuus
Sordicies parietis balnei & aliorum qd eſt.l.l.uaſachi
Solbet .i.una ex ſpeciebus titimalli
Solia .i.cot
Soucaria .i.realgar
Sogos .i.congelatio
Soleuz calciamentorum quid eſt lege.l. galdacheb
Soda .i. dolor uel leſio membri capitis
Sordities ſemicupii balnei quid eſt lege .l.aſatartar
Sorongenethenigi .i.ſumus terre
Soſa .i.herba de qua fit alcali
Sobran .i.eſula
Soldago .i. yris illiriaca uel eius flos

CAP. CCCCCCLV.

Oricis ſpecies ſunt due ſecundum Dyas.cap. ſoricis ſecundū tranſlatioē grecaz una agreſtis & ſpīoſa:altera apta eſt ad cōmedendum ramulos angulosos habens & rufos & inanes abīt? & folia rara & ſciſſa:uirtus ē ei ſtīptica non multū:unde ſtomaci eſtuatioēm & tumorem compeſcit cataplaſmatib? adhibita: ſucus eius glutitus morſum ſtomaci tollit:lac mulieribus prouocat: tumores ani & matricis ſpargit:folia ei? & radix cataplaſmatibus adhibita pcuſſuram ſtomaci mitigant.
Solidum eſt pondus pōderās.z.iiii.ſ.
Solea piſcis eſt & quidam uermis lōgus ſatis multorum cubitorum in uentre hominis naſcens qui nomīatur lūbricus latine quem nominat Galienus in libro de tiriaca cap.ſecūdo dicens & maximū etiam & amplum lumbricum generatū totum cibum aſſumptum depaſcentem & propter hoc macerantē totum corp? mirabiliter educit ab inteſtinis. ſ.tiriaca

hec:ſimiliter nominātur in littera ca/ mleōoante auct. Galieni & damaſcen? cap.mezereon nominant ipſos ſerpētes uiſcerū & alio nomine uocatur cīgulus pro cura ipſius lege hurnam.
Sothera .i.falſus
Sother .i.ſaluator
Soronigem .i.hermodactili
Solſtitium eſt a.xiii.die iunii
Soob .i. mutatio coloris que fit a ſole uel a uento in facie
Scordo .i.allium uel taura
Scorodum idem quod ſupra
Scordion .i.allium agreſte.l.l. quā ſupra
Scordium idem quod ſupra
Scorda praſſum .i. alliuz compoſitū ex allio & porro pro quo.l.l.quā ſupra
Scotolidos .i.ūbilicus ueneris
Scorpio quid eſt.l.l.natarab
Scolis .i.uermis
Scordomarus .i.ſtendeclare & eſt extenſio brachioruz & totius corporis
Scortenſis .i.ſulcotrini
Scopus i..ſigna
Scob .i.mutatioēs colo?
